T. cō. 21. rei. ⁊ dī simpliciū intelligētia. 3° de aīa. Altera ꝯo que dī cōpositio ⁊ diuisio, qua significatur aliqd inesse. vel nō inesse rei. Nā p̄ ꝓpositionē affirmatiuā significaṫ p̄dicatū inesse subō: p̄ negatiuā ꝯo significaṫ nō inesse: ⁊ ideo p̄ p̄mā opationē pōt itell'S intelligere q̄dditatē. dato, q̄ nihil eoꝝ intelligat que nō sunt de rōne q̄dditatis: lz talia sint ei ɔiuncta h̄m esse. ¶ Pōt eniz intelligere qd est hō: lz nec q̄titatez: nec aliqd eius accidens intelligat: q2 ɔceptus q̄dditatiuus nihil includit. qd sit extrinsecū q̄dditati. Per scdaz ꝯo operationē nō pōt vere intelligere sepatim ea que h̄m esse cōiuncta sunt. Si eniz hō est alb⁹, nō possuz vere itelligere q̄ nō sit albus. ⁊ si hō nō est lapis, nō possuz vere intelligere q̄ sit lapis: q2 iste ꝓpositiones hō nō est albus: ⁊ hō est lapis. false sūt. Differūt aūt he due opationes. Primo: q2 (vt diximus) per p̄^am cognosciṫ q̄dditas, per scdaz vero cognoscitur aliqd ei inesse: vel nō inesse. Scdo q2 p̄ma ꝓprie dī abstractio: q2 abstrahere vnū ab altero p̄supponit ea fuisse ɔiuncta. scda aūt ꝓprie dī diuisio vel cōpositio: q2 p̄ ipsam intellectus significat p̄dicatum inesse subo: vel non inesse.

Notabile scōm. ¶ Sciēdū scdo. q̄ cum suba sit prioꝛ accidētib⁹ natura. ⁊ diffōne: ipsa pōt intelligi nullo accidēte itellecto. Econtra aūt accidētia nō possunt intelligi sine suba: q2 cuz accidens habeat esse depēdēs a suba. depēdet ēt ab ea quo ad cogno-

Tex. c. 17 scibilitatez: ⁊ ideo suba poniṫ in diffōne accidētis: vt dī. 7. huius. ¶ Vnīs aūt suba sic abstracta, per p̄mā opationem intellectus ab oībus accidētibus, q̄bus h̄m esse ɔiuncta est dī mā intelligibilis: q2 vt sic solo itellectu cognoscibilis est. Potētie. n. sensitiue nō possunt cognoscere subaz p̄sertim q̄dditatiue: q2 qd q̄d est: vt dī 3° de aīa, est obm intellectus: sube ꝯo māli aduenīūt accidētia oꝛdine quodā: ita q̄ q̄titas, p̄us nā aduenit ei, q̄ qualitates sensibiles. Et q2 omne p̄us pōt p̄ p̄mā opationē itellect⁹ cognosci, nō cognito suo posterioꝛi: cū nullū posterius icludaṫ in ɔceptu q̄dditatiuo sui prioꝛis: ideo intell's pōt itelligere qd sit vnaqueq3 spēs quantitatis. puta, qd sit linea. qd triangulus. qd circulus: lz nullā subaz vt est subiecta qualitatibus sensibilibus intelligat. ¶ Possum eniz apprehēdere qd sit figura circularis, nō apprehēdēdo an sit in suba coloꝛata, vel calida, vel frigida vel h⁹. ¶ His premissis arguiṫ pro ɔc̄lone. ¶ Mathematicus ɔsiderat quātitates p̄ abstractionē a mā sensibili. g̃ ɔsiderat tm̄ formā. Añs pz ex declaratis. ɔñtia p̄batur. Et q2 ɔñs est vna ꝓpositio exclusiua h̄ns duas p̄tes: p̄batur quo ad vtrāq3: ⁊ p̄mo q̄ ɔsideret formā: q2 Mathematicus ɔsiderat ipsaz q̄dditatē q̄titatis. puta, qd sit linea: h⁹ aūt q̄dditas est quedā forma. ¶ Q2 aūt ɔsideret tm̄ formā. ⁊ nō mām nec efficientē. nec finē, p̄baṫ: q2 mathematicus ɔsiderat q̄titatē, abstrahēdo ipsaz a mā sensibili. ergo nō ɔsiderat mām sensibilē. Quia ꝯo ois motus presupponit mām sensibilē. per ɔñs abstrahit ēt a motu: ⁊ q2 oē agēs p̄ motū vel mutatiōnē agit effectū ꝓpter aliquē finē. ɔñter abstrahit a cā efficiente ⁊ finali. Nō eniz ɔsiderat Mathematicus que sit cā efficiēs. aut finalis q̄titatis. Dicunṫ ꝯo demonstrationes mathematice esse formales. q2 p̄cedunt per diffōnē. siue subi. siue passionis. siue vtriusq3. Per diffinitionē eniz triāguli. que est. Figura trib⁹ lineis rectis cōtenta. demonstrat triāgulū h̄re tres angulos, duobus rectis equales. ¶ Ex ista ɔc̄lone sequunṫ duo coꝛollaria. Primū est, q̄ scie mathematice sūt certissime: p̄baṫ tali rōne. Mathematice demonstrāt p̄ solā cām foꝛalē. g̃ sunt certissime. Añs est ɔclusio p̄bata. ɔñtia p̄baṫ: q2 tanto aliqua scia est certioꝛ quanto paucioꝛa ɔsiderat: vt dī p̄mo posterioꝝ. presertim si tale ɔsideratū certū sit. ⁊ de se cognoscibile: cuiusmodi est foꝛa. ¶ Scdz coꝛollariū est q̄ in mathematicis nō est bonū. nec finis. cuius sensus est. nō q̄ ipse res mathematice h̄m rē careāt bonitate: q2 cū sint quedā entia sunt ēt bona: sed q2 mathematicus ɔsiderat eas p̄ abstractionē ab eo ex quo dicunṫ bona. ¶ Ad cuius euidētiā sciēdū est vt magis patebit in. 6. huius. q̄ quelz q̄dditas vt abstrahit ab oī esse. tam simpl'r q̄ h̄m qd. tam subali q̄ accidētali. taz in se q̄ in alio, nō habet rōnē boni nec diligibilis. Mathematicus aūt ɔsiderat solā q̄titatis q̄dditatē, abstrahēdo ab oī eo. qd nō est q̄dditas: ⁊ p̄ ɔñs ab esse: ideo q̄titatib⁹. vt sic, nō ɔuenit ratio boni. ¶ Et ɔfirmaṫ: q2 mathematice scie abstrahunt a fine. ergo ⁊ a bono. Añs pz, ex ɔc̄lone. ɔñtia p̄batur: q2 rō boni ⁊ rō finis idem sunt: vt dicit Phs. scdo metaphy. ¶ Sed ex p̄dictis in ɔclusione, oꝛitur dubiū: q2 cū q̄titates sint accidētia. ⁊ accidēs cognosci nō possit. sic̄ nec diffiniri. nisi per subam. vī q̄ q̄titates cognosci nō possint. nisi cognita suba. Tradere aūt h⁹ notitiā, p̄tinet ad aliquā scientiā speculatiuā. Constat q̄ nō ad naturalē. q2 q̄titas etiā vt dependet a substātia est prioꝛ mā sensibili. ergo vel hoc p̄tinet ad Mathematicā: vel ad Metaphysicam. ideo dubium est ad quā earuz pertineat. ¶ Ad quod dicūt aliqui q̄ talis consideratio pertineat ad Mathematicum: ita q̄ si perfecte cognoscat ⁊ diffiniat q̄titates. ponet substantiā in earum diffinitione: puta, diffiniet magnitudinez per hoc, q̄ est q̄titas cōtinua permanēs: per quā substātia formal'r habet partem extra partē: ⁊ foꝛte istud non est cōtra Phm: quia ipse dicit. 7. metaphysice. textu cōmen. 35. q̄

mathematice nõ abstrahunt a mã intelligibili:qđ ēt cõfir/
Ad oppositũ est doctor. mat.S.Tho.¶ Mihi tñ videt̃ potius esse dicendũ:ꝙ hoc
ptineat ad metaphysicũ:cui⁹ rõ est:qꝛ lꝫ ꝯsiderare ea/que
sunt ꝓpria q̃ntitatis/sit sciaꝝ mathematicarũ.tñ ꝯsiderare
ea que oĩbus accidẽtib⁹ cõia sũt.nõ ptinet nisi ad sciaꝫ que
de oĩ accidẽte ꝯsiderat cuiusmodi est metaphysica:ꝛ ideo
istud negociũ metaphysici est:ꝛ nõ mathematici:ꝓpter ꝙ
phs in.7.hui⁹.tex.cõ.17.declarat q̃ꝰ diffões accidẽtiuꝫ
sunt p additamentũ:ꝛ ꝙ opꝫ in diffõne accidentis ponere
Ratio pᵃ subam.Ex qb⁹ põt formari talis ratio.Id qđ est ꝓprietas
superioris gñis nõ ptinet ad sciam habẽtem pro adequato
subo aliqđ gen⁹ inferius:aliogn habitus excederet obꝫ suũ
adequatũ:sed diffiniri per subaꝫ ꝯuenit accidenti.qđ est su/
perius genus ad q̃ntitatẽ.ergo mathematice cũ habeãt pro
adequato obo q̃ntitateꝫ.nõ ꝯsiderant hanc passionẽ/que est
Secunda diffiniri per substãtiã.¶ Scđo.Mathematice scie nõ cõ/
siderant circa q̃ntitatẽ.nisi id qđ ꝯuenit eis pᵐo per forma
lẽ rõnẽ q̃ntitatis.cũ ratio q̃ntitatis sit suprema in eis ꝯsiđe/
rata.Sed diffiniri p substãtiã/nõ ꝯuenit q̃ntitati pᵐo p rõ/
nẽ q̃ntitatis.sed p supiorẽ rõnẽ.s.per rõnẽ accñtis.g̊ diffini/
Tertia. re q̃ntitatẽ per subaꝫ nõ ptinet ad mathematicũ.¶ Tertio
idẽ ꝓbat̃ ex demonstrationibus mathematicis.Euclides
eniꝫ ꝓbans ꝙ paralelle nõ ꝯcurrũt.ꝛ diffiniẽs punctũ.ꝛ li
neã.ꝛ triangulũ.ꝛ alias hꝯ q̃ntitates/nunq̃ꝫ in harũ diffõni/
bus ponit subam.sed tñ dicit ea que intrinsece ptinent ad
Quarta. ipsas q̃ntitates.¶ Quarto.Si mathematicus diffinit q̃nti/
tatẽ p subam.sequit̃ ꝙ p habitum mathematice cognoscat̃
suba.Sꝫ hoc est falsuꝫ.ergo ꝛc̃.ꝯñtia ꝓbat̃:qꝛ oĩs pars dif/
finitionis est notior diffinito.Falsitas ꝯñtis ꝓbat̃:qꝛ si sic
tunc q̃ntitas nõ esset adequatũ subm mathematice:sed hoc
esset aliqđ cõmune ad subam ꝛ quãtitatem.puta/ipsuꝫ ens:
Não fm Doctorẽ mathematice nõ abstrahũt a mã intelligibili. phs aũt ꝛ.S.Tho.cũ dicũt ꝙ mathematice nõ abstrahũt
a mã intelligibili.sed tñ a sensibili/nõ intendũt per hoc di
cere ꝙ cõsiderent oẽm mãm intelligibilẽ/puta illam/q̃ est
suba.sed qꝛ cõsiderãt aliquã mãm intelligibilẽ.quia consi/
derãt ptes quãtitatũ/que quidẽ partes/sunt materia totius
quod ꝯstituũt.sꝫ nõ sunt materia sensibilis ipsius q̃ntitatis:
ꝛ ita exponit.S.Tho.super Boetio de tri.

Ad pᵐũ Rñ⁹ quorundã. **Ad primũ** dixerunt aliqui ꝙ mathematicus nõ cõ/
siderat rõnẽ boni ꝛ finis.qꝛ abstrahit ab
esse.Quibus eum arguerẽ sic.Si rõ ꝓpter quã in Mathe/
maticis nõ est bonũ.est qꝛ abstrahunt ab esse.sequit̃ ꝙ ēt
metaphysica nõ ꝯsiderat bonũ ꝛ finẽ:cuius oppositũ pro/
batum est precedenti q̃ne:pꝫ ꝯñtia:qꝛ metaphysicus ab/
strahit ab esse.Ad hoc rñdent:ꝙ lꝫ vterqꝫ abstrahat ab eẽ:
tñ mathematice abstrahunt ab operatione. Metaphysica
xᵒ ab operatione nõ abstrahit:qꝛ cũ ꝯsideret de oĩ ente:cõ
siderat etiã de operatione.¶ Ista rñsio procedit ex igno/
Quid sit aliquam sciam ab aliquo abstrahere. rantia abstractionis.Dꝛ enim aliqua scia ab aliquo abstra/
here:nõ qꝛ ipsuꝫ nullo modo cõsideret.aliogn metaphysi/
ca nõ abstraheret a mã d̃ qua ꝯsiderat.8.metaphysice:nec
abstraheret ab esse.cũ declaret quid sit reꝫ esse.sed ideo dꝛ
ab aliquo abstrahere.qꝛ tale non cadit in suis diffinitioni/
bus.Constat aũt ꝙ operatio non ponit̃ in diffinitionibus
metaphysicis.ergo metaphysica abstrahit ab operatione.
¶ Preterea.In essentialr̃ ordinatis.qcqđ abstrahit a pᵒri
abstrahit etiam a posteriori.sed esse ꝛ opatio sunt essentia/
liter ordinata:qꝛ nihil agit nisi sit:ꝛ esse est prius opatione:
ergo si metaphysica abstrahit ab esse.abstrahit ēt ab ope/
ratione.¶ Et ideo ad argᵐ qđ est facilis solonis:negat̃ añs.
Alr rñdetur fꝫ doctorem. Ad ꝓbationẽ negat̃ ꝯñtia:qꝛ minor nõ bñ subsumit̃.debe/
ret eniꝫ sic subsumi:sed formalis rõ q̃ntitatis est ratio boni
vel finis:ꝛ sic negat̃.Unde argᵐ ꝯcludit mathematicus cõ
siderat aliquã rẽ/que dicit aliquẽ gradũ bonitatis i entib⁹.
Ad scđm sed nõ ꝯcludit ꝙ ꝯsideret eam sub rõne boni.¶ Ad 2ᵐ ne
gatur añs.loquẽdo de causa mãli:que est mã sensibilis:qꝛ
mathe^ca nõ abstrahit a qualibet mã:sꝫ solũ a mã sensibili.
Ad ꝓbationẽ dꝛ:ꝙ ptes q̃ntitatis nõ sũt mã sensibilis ei⁹.
sed ptinent ad mãm itelligibilẽ.¶ Ad 3ᵐ dicit̃ ꝙ mã non Ad tertiũ
est pnᵐ indiuiduationis q̃ntũ ad hoc/qđ est esse diuisuꝫ ab Mã nõ ē pnᵐ indiuiduationis cuiꝫ.
alio.sed hoc hꝫ indiuiduũ a q̃ntitate/vt magis patebit in.7.
huius.q.35.cuius rõ est:qꝛ cũ diuisibilitas pᵐo ꝛ p se cõue/
niat q̃ntitati.qcqđ hꝫ diuisibilitatẽ hꝫ ipsaꝫ a q̃ntitate:ꝓpter
qđ dꝛ pᵒ physi.tex.cõ.28.ꝙ abstracta q̃ntitate subaꝫ remanet
indiuisibilis.Et ꝓpter hoc/si etiã p ipossibile nãlr loquen/
do/due linee essent sepate a subo/adhuc ipse eẽnt numero
distincte:nõ tñ p mãm.sed distinguerent̃ rõne situs/quem
secũ fert queliꝫ q̃ntitas ꝯtinua pmanẽs.Cum eniꝫ ordo ptiũ
idest habere ptẽ extra ptẽ/sit de rõne q̃ntitatis:ꝛ situs nihil
aliud sit q̃ꝫ hꝯ ordo partiũ q̃ntitatiuarũ in suo toto:ideo sit⁹
est de rõne cuiuslibet q̃ntitatis ꝯtinue permanẽtis:ꝛ sic di/
stinguerent̃ ille q̃ntitates ꝯtinue sepate per suos situs.Et si
querat̃.Per qđ distinguunt̃ isti situs.dico.ꝙ distinguunt̃
seipsis.Ex qbus pꝫ.ꝙ minor est falsa:qꝛ mã nõ est pncipiũ
indiuiduatiõis nisi in cõpositis ex mã ꝛ forma:nec in istis
est pnᵐ quo ad distinctionẽ:sꝫ solũ quo ad incõmunicabili
tatem.¶ Ad 4ᵐ negat̃ añs.Ad ꝓbationẽ dicit̃:ꝙ mathe/ Ad q̃rtũ
maticus nõ ꝯsiderat nisi q̃ntitates p se:mot⁹ aũt nõ est q̃nti/
tas per se:cuius ratio est:qꝛ cũ formalis rõ q̃ntitatis sit diui
sibilitas.ille sole dicunt̃ q̃ntitates p se.que ex se hñt diuisibi
litatẽ:motus aũt nõ est diuisibilis nisi ex diuisiõe mobilis
vel magnitudinis siue spatij.super qđ mobile mouet̃.Ipse
aũt motus fm se/est de nã termini ad quẽ.Motus eniꝫ ad
qualitatẽ est qualitas.ꝛ motus ad q̃ntitatẽ est q̃ntitas:ꝓpter
qđ nõ est determinate in vno gñe:sed circuit multa gñã:pp
qđ enumerat̃ inter post predicamẽta.¶ Ad ꝯfirmationeꝫ
dꝛ/ꝙ phs nõ vult aliud dicere/nisi ꝙ aliqua scia que est na
turalis quo ad subm.ꝛ est mathematica quo ad pnᵃ.s.astro
logia/ꝯsiderat de rebus mobilibus.sed incorruptibilibus.
Nos aũt loqmur de sciẽtijs pure mathematicis.Astrologia
aũt nõ est pure mathematica.sꝫ est nobilior quo ad dignita
teꝫ subti qualꝫ pure mathematica:lꝫ sit eis ignobilior quo
ad certitudinẽ:vt dicit Cõmẽtator pᵐo de aĩa.cõmẽ.pᵐo.
¶ Ad 5ᵐ dꝛ:ꝙ lꝫ q̃ntitates habeãt cãm efficiẽtẽ:nõ tñ cõsi/ Ad q̃ntũ
derant̃ vt sic a mathematico:ideo p cãm efficientẽ nihil de
eis demõstrat.¶ Ad 6ᵐ dꝛ:ꝙ lꝫ notitia p̃missarũ ꝯcurrat
effectiue ad notitiã ꝯclõnũ.nõ tñ sunt causa effectiua ꝯclu/ Ad sextũ
sionis ꝛ passionis:que significant̃ per ꝯclõneꝫ:ꝛ ideo argᵐ
ꝓcedit ex falsa imagiatiõe:aliogn in oĩ scia ꝯsideraret̃ mo
tus.cum in oĩ scia ꝓcedat̃ a premissis ad ꝯclõnẽ.Et p̃terea
mathematice scie nõ ꝯsiderant de hoc motu rõnis:lꝫ ipso
vtantur:talis aũt ꝯsideratio ptinet ad 3ᵐ de aĩa/q̃ntuꝫ ad id
qđ est:ꝛ pertinet etiam ad libros logice/q̃ntum ad respectus
rationis/qui eum consequuntur.

¶ Utrum ens habeat veras passiones de ipso vere demon
strabiles. Questio. XVII.

Queritur decimoseptimo.Utruꝫ ens ha
beat veras passiones vere ac ꝓ
prie de ipso demonstrabiles.Et arguit̃ ꝙ sic.
¶ Primo.Ubi sunt vere demrões/ibi sunt pᵃ ratio
vere passiões:que de subo demõstrant̃:qm̃ de/
monstratio in hoc distinguit̃ ab alijs syllis:qꝛ ꝯcludit pro/
priã passionẽ de subo p pnᵃ subi.aut p aliquã passionẽ pᵒ/
rẽ.pᵒ posterioꝝ.Sꝫ in metaphysica sunt vere demrões.g̊
vere passiones.Maior pꝫ.Minor ꝓbat̃.de rõne habitus
sciẽtifici est/ꝙ acqrat̃ p demrãtionẽ.pᵒ posterioꝝ.Sed me
taphysica est habitus sciẽtificus.g̊ ꝛc̃.¶ Dicet̃ forte ꝙ me
taphysica nõ est scia.sꝫ sapia.¶ Sed ꝯtra hoc arguit̃.Tuꝫ
qꝛ Cõmẽtator pᵐo de aĩa.cõmẽ.pᵐo.dicit metaphysicã cẽ
sciaꝫ diuinã.Tum qꝛ phs.6.ethicoꝝ caplo.8.circa pnᵐ sic

dicit. Sapiētia vtiqȝ erit intellectus. ⁊ scia. ğ in rōne sapie includitur formal'r scia. Tum qꝛ 6° metaphysice. cōmē. 2°. distinguit scias speculatiuas in Metaphysicā Mathematicā ⁊ Naturalē. Cōstat aūt ꝙ mathematice sunt scie. ergo ēt metaphysica.

2° ratio. ⁋ Scđo / 4° metaphy. dicit̄. tex. ⁊ cōmēto pmo. ꝙ est aliqua scia que speculat̄ ens. ⁊ ea que per se isūt enti. Et textu cōmēti. 5. dicit Phs: ꝙ sicut numero inq̃ztum est numerus insunt aliqua ꝑ se: vt paritas ⁊ iparitas. sic ēt enti inq̃ztuȝ est ens / insunt aliqua ꝑ se.

3° ratio. ⁋ Tertio. Si entis nō sunt ꝓprie passiones. sequit̄ ꝙ demr̄ationes metaphysicales nō igrediat̄ pmus ⁊ scđs modus dicendi per se. Sed pmo posterioꝝ. dicit Phs tex. cōmēti. 10. ꝙ isti duo modi igrediunt̄ oēm demr̄ationē. ergo ⁊c̄. Maior ꝓbat̄: qꝛ scđs modus nō est / nisi qñ ꝓpria passio dr̄ de subiecto.

4° ratio. ⁋ Quarto. Qđ est ꝑfectionis in habitu quo cognoscit̄ ꝯclo ꝑ pncipia demōstratiua. nō est negādū a metaphysica. cū ipsa sit habitus nobilissimus quo cognoscit̄ ꝯclo ꝑ pnª demōstratiua. Sed habere ꝓprias passiones veras ⁊ reales demonstrabiles / est ꝑfectiōis in habitu quo cognoscit̄ ꝯclo demōstratiue: qꝛ vt dr̄ pmo posteriorum / vna scia est vnius subiecti partes ⁊ passiones habentis. ergo ⁊c̄. (T. cō. 43.)

Rñdeo. In hac qōne duo essent disputāda: pm est. An in metaca sint vere demonstrationes: ⁊ ꝯñter an ipsa sit vere habitus scientificus. Scđm est de pncipali quesito. s. An ea q̄ per se insunt enti / sint vere passiones. Sȝ qꝛ tota difficultas huius scđi ꝯsistit in quodā alio. s. an sit necesse veras passiones distingui real'r a suo subō: de quo erit specialis questio in 7ª. huius: ideo de hoc 2° breuiter me expediā in hac qōne.

Primus modus dicendi. ⁋ Quantū ergo ad pm excogito duos modos dicēdi: quoꝝ quilȝ sustineri pōt. lȝ scđs mihi videatur rōnabilior.

pm suppositum. Pro notitia pmi modi / presuppono ꝙ loq̄mur de habitu scientifico. ⁊ de ꝓcessu demōstratiuo. eo mō quo de ipsis locutus est Aristoteles p posterioꝝ tex. cōmē. 5. vbi diffiniēs scire simpl'r / qđ est scire a priori: ⁊ scia ꝑꝑ qd / dicit ꝙ scire opinamur vnūqđqȝ ⁊ nō sophistico mō / cum cām arbitramur cognoscere / ꝑꝑ quā res est ⁊c̄. Ex quo habet̄ ꝙ opȝ mediū in demonstratione ꝓpter qd / esse cāȝ nō tm̄ in inferēdo. sed ēt in essendo: qđ pȝ. Tum qꝛ phs dicit ꝙ est causa ꝑꝑ quā res est. ergo est cā in essendo: ⁊ hoc sepe tangit Cōmētator cōmē. 5. Tum qꝛ habere cām in inferēdo / est cōe oi syll'o.

2m suppositum. ⁋ Presupponit̄ 2° ꝙ demonstrationes metaphysice sunt a priori ⁊ ꝑꝑ qd: qđ pȝ: qꝛ hꝰ demr̄ones sūt in se certissime. sicut dicit Phs in ꝓhemio metaphysice. ⁊ Cōmentator pmo de aīa. cō. p.

3m suppositum ⁋ Supponit̄ 3° / ꝙ ens non est cā in essendo suaꝝ passionū: qđ pȝ: qꝛ nulla res est causa suiipsius: passiones aūt entis sūt idē real'r cū ente. ergo ens nō est cā earū in essendo.

Qualis habitꝰ sit metaphysicus. ⁋ Ex his infert̄: ꝙ ꝑ ꝓcessuȝ metaphysicū nō acq̄rit̄ habitus sciētificus ꝓprie. Nō. n. acq̄ritur sciētia que sit notitia. Qꝛ est. vt pȝ ex scđo presupposito. Nec notitia ꝓpter qd: qm̄ nō est ex causis in essendo: qđ tm̄ opȝ. vt pȝ ex p ⁊ 3° presupposito. ğ ⁊c̄. ⁋ Si aūt queratur. Qualis habitus acq̄rit̄. dico: ꝙ acq̄rit̄ habitus qui est sapiētia. Istū. n. distinguit phs ꝯtra sciam. 6. ethic. cap. 10. in pncipio. vbi dicit: ꝙ ea quibus intellectꝰ verū ꝓspicit sunt q̄nq̧ scilȝ ars / scia / prudētia / sapiētia / intell's. Cōsequēter ex predictis opȝ dicere / ꝙ in metaphysica non sunt ꝓcessus ꝓprie demonstratiui: ⁊ ꝙ tales nō sunt necessarij ad acq̄rēdaȝ sapiētiā. lȝ sint necessarij ad acq̄rēdū habitū / q sit ꝓprie scia.

Impugꝰ pmi ꝑsuppositi. ⁋ Sed arguit̄ ꝯtra pm ꝑsuppositū: cui ꝑsertim innitit̄ ista positio. ⁋ Primo. Ista est vera demonstratio: q̄cq̄d habet calorē hȝ potētiā calefactiuā. Sed ignis hȝ calorē. ergo hȝ potētiā calefactiuā: ⁊ tm̄ mediū nō est cā predicati in essendo: qꝛ calor ⁊ potētia calefactiua sunt eadem res. ⁋ Scđo. Vere demonstrat̄ ꝙ deus nō inuidet / per hoc medium: qꝛ ipse est sūmū bonuȝ: ⁊ tm̄ in deo nulla est causa in essendo. ergo ⁊c̄.

Dissolu. ipugnationis. ⁋ Ad pmū dicit̄ / ꝙ non est demōstratio. sed est ꝓbare aliquā formā inesse subiecto / in rōne pncipij operandi per ipsammet acceptā absolute: imo dico ꝙ ista nō est demonstrabilis: ignis hȝ potētiam calefaciēdi: quia predicatū est accidens per accidens. lȝ inseparabile. ⁋ Ad 2m dicitur ꝙ per illū processuȝ non acquiritur sciētia ꝓprie dicta. sed tm̄ sapientia. Unde non est ꝓprie demonstratiuus. Et hec dicta sunt / sustinēdo hanc primā opinionē.

⁋ Sed qꝛ non videt̄ Aristoteles diminutus in tradendo nobis modū / nō solum acquirende scientie: sed ēt sapiētie: ⁊ tm̄ alios modos demonstrationū non posuit nisi eos qui habent̄ pmo posteriorum. Ideo aliter respondeo ꝙ demonstrationes metaphysice sunt vere ac ꝓprie demonstrationes. Sed pus declaro qūo mediū in demōstratione dr̄ causa in essendo. Nā dupl'r pōt aliquid dici esse causa alterius in essendo. Uno modo: qꝛ est productiuū ipsius / ⁊ hȝ super ipsuȝ realē causalitatē: sicut ignis est causa caloris in rebus calidis. Et hoc modo mediū nō est causa. eo qꝛ aut mediū est diffinitio passionis. aut diffinitio subiecti. Si diffinitio passionis / habet̄ ꝓpositum: quia ipsa non efficit passionem. cū sit idem cuȝ ea real'r. Si 2m idem pȝ: quia passiones nō sunt effectiue a subiecto ad bonū sensuȝ. sed ꝓducunt̄ ab eo a quo ꝓducit̄ subm: vt habet̄ 4° metaphysi. tex. cō. 3. ⁊ ꝓbabit̄. 7. huius. ⁋ Alio mō dr̄ aliq̄d esse causa alterius: qꝛ est natura prius eo. ⁊ est ratio ꝙ alterū insit: qꝛ natural'r ⁊ necessario ꝯsequitur ad illud pus. Exemplū huius habet̄ in resolutione. Nā albedo ⁊ similitudo in ea fundata / sunt vna res: sed hec res prius natura est albedo / q̄ȝ sit similitudo. Et ideo due albedines posite in actu / sunt causa sil'itudinis in vtraqȝ earum. Simil'r deo inest infinita: sed quia deus per pus saltem ratione est deus / q̄ȝ sit īfinitus: ideo diuinitas dicit̄ esse causa. ꝓpter quā infinitas ꝯuenit deo. Et ad hunc sensuȝ vere dixit Phs ꝙ mediū est causa in essendo siue ꝑꝑ quaȝ res est. Est eniȝ ratio ꝓpter quam p̄dicatum insit subō. Ex quibus infero / ꝙ cū enti insint multa per ꝓpriā rōnē entis. s. vnuȝ / verū / bonū: ⁊ quedā alia disiunctim. s. necessarium / ⁊ contingens: idem / diuersuȝ: ⁊ hꝰ ꝙ ipsa possunt a priori demonstrari de ente. Nam qualȝ rem consequunt̄ omnia transcēdentia non inq̃ztū est talis vel talis res: sed absolute inq̃ztū est ens.

(Cōclu. Aliquid cendi duet rior. Esse alteri essendo dupl.)

⁋ Qꝛ autē tales vere demonstrationes sint in metaphysica ꝓbat̄ per omnes rationes factas in pncipio qōnis: ⁊ per ea que imediate supradicta sunt. Ex quibus sic arguitur. ⁋ Primo. Ubi est ordo essentialis plurium conceptuuȝ. quoꝝ vnus ex sui natura prior est altero. ⁊ ipsum inest subō per illū conceptuȝ priorē: ibi per prius potest proprie demonstrari posterius. Sed entibus per prius conuenit ratio entitatis / q̄ȝ vnitatis: ⁊ vnitatis q̄ȝ veritatis. ergo posterior pōt demonstrari per priorē. Minor pȝ. maior ꝓbatur. Nam in deo non distinguit̄ intellectus ⁊ bonitas: ⁊ tamen Phylosophus. 12. metaphysice. textu. cō. 37. demonstrat ꝙ deus est volens per hoc ꝙ est intelligens: ⁊ demonstrat ꝙ est intelligens / per hoc ꝙ est actus purus / separatꝰ ab omni materia. ⁋ Scđo. In theologia vere demōstrabile est ꝙ deus sit trinus. lȝ nullus viator possit hoc demōstrare: cum non habeat ꝓprium cōceptuȝ diuinitatis. ergo vere demonstrabile est ꝙ ens inq̃ztum ens sit vnū. Consequentia pȝ: qꝛ sicut diuinitas est prior trinitate. ⁊ est idem cum ea: ita entitas respectu vnitatis. Antecedens ꝓbatur. Nam. S. Tho. ⁊ alij qui eum exponūt / tenent ꝙ theologia est vere ac ꝓprie scientia. ergo in ea sunt ꝓprie demonstrationes. Hanc rationeȝ posuit vt appareat / ꝙ ista opinio sit de mente. S. Tho. ⁋ Tertio arguitur vt supra. Si essent alique demonstrationes quibus acquireretur sapientia / distincte ab eis quibus acquiruntur scientie. vtiqȝ de eis facta esset mētio a philosophis. qui sufficiēter tradiderūt no-

(Oplo. eē de te. s. T.)

bis modum ad acquirendū habitus intellectuales. Sed nulle tradunt̄ regule demonstrationū preter eas que sunt in libro posterioꝝ. ergo ⁊c. ¶ Quarto. Ens est obm̄ scibile. ergo hꝫ ꝓprias passiones. ꝯña pꝫ. Añs ꝓbatur. Illud pōt esse subm̄ scibile/ qḋ pōt concipi cōceptu qdditatiuo. ⁊ ꝯceptu denoiatiuo necessario. Sed id qḋ nō hꝫ passiones a se distinctas/ pōt sic concipi. ergo pōt esse subm̄. Minor pꝫ. Naꝫ ens cōcipit̄ cōceptu qdditatiuo duꝫ formatur ipsa rō entis: ⁊ cōceptu denoiatiuo necessario. dum cōcipit̄ ꝙ ens est vnū/ ⁊ verū/ ⁊ bonū. Ista eniꝫ dicunt̄ denominatiue ⁊ necessario de ente. Maior ꝓbat̄: qꝛ de quocūqꝫ pñt haberi predicti ꝯceptus/ pōt esse scia ꝓprie dicta. ergo omne tale pōt esse subꝫ scibile. Antecedēs ꝓbat̄: qꝛ ois ꝓpositio necessaria nō per se nota/ est demonstrabilis. cū ois talis sit nota per aliḋ: ⁊ ꝑ ꝯñs habeat causaꝫ sue notitie. Sꝫ de omni tali pōt formari ꝓpositio necessaria non ꝑ se nota. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. (Confir°) Metaphysica est vere habitus scientificus. ergo in ea demonstrantur passiones de subiecto: cōsequētia pꝫ. Añs ꝓbatur. Sic.n. dicit Phs in ꝓhemio metaphy. cap. 2°: qm̄ aūt sciam hanc querimus/ circa quales causas. ⁊ circa qualia principia/ scia/ sapientia sit/ hoc vtiqꝫ erit ꝯsiderādū.

(Ens hꝫ aliq̄ mō passiones aliq̄ mō non.)

Quantum ad 2m dico ꝙ dupl'r pōt aliqd dici vera passio alteri⁹. Uno mō: qꝛ habet ea/ que sufficiunt ad hoc ꝙ de eo ꝯcludat̄ per syllogismū demonstratiuū: ⁊ hoc modo ens hꝫ veras passiones/ que probant̄ de ipso ex primis/ veris/ imediatis/ ⁊ causis ꝯclusionis. Ad tales enim passiones requirunt̄ duo. Primū est/ ꝙ rō subi sit prior cōceptibiliter rōne earū. Scōm est/ ꝙ ipse consequant̄ per se illam rōnē formalē subiecti. Alio mō dicitur aliqua esse passio: qꝛ nō solum est vere demonstrabilis de subiecto: sed etiā est ab eo real'r distincta: ⁊ vlteri⁹: qꝛ subm̄ nō ponit̄ in eius cōceptu qdditatiuo. lꝫ ponat̄ in eius diffinitione per additamentū: ⁊ hoc mō ens nō hꝫ veras passiones: habet tamen veras ⁊ proprias tali veritate ⁊ ꝓprietate que sufficiat ad demonstrationem.

Ad argumenta in oppositūꝫ nō est respondendū sequendo hanc vltimaꝫ opinioneꝫ: qꝛ pro ea cōcludunt. Sequendo aūt opinioneꝫ primaꝫ/ diceret̄ ꝙ ꝯcludunt metaphysicā nō esse ꝓprie sciaꝫ: ⁊ hoc cōcedit illa opinio: qꝛ dicit ꝙ est ꝓprie sapientia ⁊ nō scia. Ad ea ꝟo quibus arguit̄ ꝙ si est sapientia ꝙ etiaꝫ opꝫ vt sit scia. respondet̄. Et ad p̄mū dicit̄ ꝙ Cōmentator comparat ibi sciam de aia/ ad alios habitus. nō in ratione scientie. sed quo ad nobilitatē que est ex obiecto ⁊ ex certitudine: ⁊ dicit ꝙ notitia de anima/ excedit alias p̄ter diuinam in his duobus. Qꝛ ꝟo dicat sic/ preter sciam diuinaꝫ/ est vti nomine scie extenso vocabulo. ¶ Ad 2m dicit̄ ꝙ sapientia non includit sciam formaliter: sed ideo dicitur esse scia ⁊ intellectus: qꝛ ea presupponit. Non enim pōt acquiri metaphysica/ nisi prehabeantur alie scie. ¶ Ad 3m dr̄ ꝙ phs non cōparat scias. lꝫ habitus speculatiuos qui sunt respectu ꝯclusionū: ⁊ ideo rō non ꝯcludit aliud nisi ꝙ metaphysica est habitus speculatiuus alicuius cōclusionis.

¶ Utrum passiones entis sint conuertibiles cum ente. Questio. XVIII.

(1ª ratio) **Ueritur** decimo octauo. Utrūꝫ passiones entis sint ꝯuertibiles cum ente. Et arguit̄ ꝙ nō. ¶ Primo. Nullum constitutū ex pluribus pōt esse passio alicuius sue partis. Sed predicta transcendētia ꝯstituunt̄ ex ente ⁊ ex aliquo addito. Nam vnū est ens indiuisum: ⁊ bonū est ens appetibile: ⁊ per ꝯñs cōstituitur ex ente ⁊ appetibilitate. ergo nō sunt passiones ꝯuertibiles cum ente. Minor patet. Maior probatur. Nulla passio est dignior suo subo. Sed ꝯstitutū ex partibus est dignius qualibꝫ sua parte. ergo ⁊c. ¶ Scdo. (2ª ratio) Nullū totū est demonstrabile de parte. cum pars. nō recipiat ꝑdicationē totius. Sed hꝫ cōparatur ad ens vt totum ad partē: cū includant ens ⁊ aliquid aliud. ergo nō sunt passiones ꝯuertibiles cum ente ⁊ de eo demonstrabiles. ¶ Tertio. (3ª ratio) Nulla pars cōuertitur cum toto. Sed ens est pars cuiuslibet istarū passionum: ergo non cōuertit̄ cuꝫ eis. ¶ Quarto specialiter arguit̄ de vno. (4ª ratio) Ea non ꝯuertunt̄. quoꝝ vnū de pluribꝰ predicat̄ ꝙ̄ aliḋ. Sed ens predicat̄ de pluribus ꝙ̄ vnū. ergo vnum nō conuertitur cū ente. Maior pꝫ ex rōne cōuertibiliuꝫ. Minor ꝓbatur. Ens predicat̄ de multitudine: vnū nō predicatur de multitudine. cū ei opponat̄. ergo ens predicatur de aliquo de quo non predicatur vnum. ¶ Quinto. speciali'r arguit̄ de bono: (5ª ratio) Quelibet ꝑuatio est ens. Sed nō quelꝫ ꝑuatio est bonū. ergo aliqd est ens: qḋ nō est bonū. Maior est p̄hi in hoc. 4. tex. cō. 2. Minor ꝓbat̄. Priuatio boni non est bonū. alioquin malū esset bonū. ergo nō ois ꝑuatio est bonū. (T.c.77.) ¶ Sexto ad idē. (6ª ratio) Materia p̄ma est ens ꝑ physi. ⁊ 8. meta. tex. cōmēti. tertij. Sed materia non est appetibilis. cū de se nullā habeat ꝑfectionē. ergo aliqḋ ens nō est bonum. ¶ Septimo. (7ª ratio) Id qḋ diuidit̄ in aliqua ꝑ rōnes oppositas/ cum nullo eorū ꝯuertit̄. Sed ens diuidit̄ ꝑ bonū ⁊ maluꝫ que sunt opposita. ergo nō cōuertit̄ cuꝫ bono. Minor pꝫ. Maior ꝓbat̄: qꝛ cū diuisuꝫ dicat̄ de quolꝫ in qḋ diuidit̄. si alterū diuidentiuꝫ cōuertit̄ cū diuiso. sequit̄ ꝙ ꝑdicaretur de altero ꝯdiuidente sibi opposito: qḋ est impossibile. Probatur ēt inductiue: qꝛ aial nō ꝯuertit̄ cū rōnali. nec cum irrationali: nec numerus cum pari: aut cum impari.

Rñdeo primo dicet̄: qd sit aliqua esse conuertibilia. scdo dicet̄ ad quesitum. ¶ Quantum ad p̄m tripl'r pñt dici aliqua ꝯuerti. (Aliq̄ adiuicē conuerti tripl'r dr̄ cōceptibil'r.) Uno mō ꝯceptibil'r. scdo eēntial'r. tertio denominatiue. Conuerti ꝯceptibil'r est ꝯuerti quo ad ꝯcepꝰ: ita ꝙ nihil rei. aut rōnis claudit̄ in vno cōceptu: qḋ nō claudat̄ in alio: ⁊ hoc mō synonyma ꝯuertuntur: ⁊ simil'r diffō ⁊ diffinitū. Nihil enim aut rei aut rōnis significat̄ explicite per hoieꝫ/ qḋ nō significet̄ ꝑ aial rōnale. ⁊ ecōtra. ¶ Cōuerti essential'r (essential'r.) est esse eandē rē ꝯuertibiliter. Eorū eniꝫ que sunt idē re: aut sunt idē non ꝯuertibil'r sicut hō ⁊ aial. Lꝫ.n. ois qdditas ⁊ essentia que est hō/ sit essentia que est aial. nō tñ econtra: sed aliqua essentia que est animal nō est essentia/ que est homo. puta/ eēntia equi. Aliqua ꝟo sunt eadem essentia cōuertibil'r sicut forte est actio ⁊ passio/ ꝙ̄tuꝫ ad earum mãle: qḋ est motus. ¶ Conuerti aūt denoiatiue (Denominatiue.)/ est non esse idē essential'r: lꝫ tñ vnum nō posse esse sine altero/ sicut homo ⁊ risibile que nō dicūt eandē essentiā: cū vnū sit suba ⁊ alterū sit accidens: tñ ois hō est risibilis ⁊ oē risibile est homo. ¶ Et si querat̄ lꝫ isti tres modi distinguantur: ꝯueniunt tamē in hoc qḋ est esse cōuertibile. Que igitur est ratio ꝯuertibilitatis. ¶ Rñdeo ꝙ formalis ratio conuertibilitatis consistit in adequatiōe conuertibilium per cōparationem ad id respectu cuius dicuntur conuertibilia. puta/ in hoc ꝙ est adequari ꝑm cōceptus vel ꝑm essentiam: vel ꝑm predicationem.

Quantum ad 2m hec/ est p̄ma cōclusio. (Cōclo p̄ª. Trāscēdētia nō conuertuntur ꝯceptibil'r) Passiones entis nō conuertunt̄ cum ente: nec inter se cōceptibil'r. ꝓbat̄ ista ꝯclō. Ea nō ꝯuertunt̄ ꝯceptibil'r. quoꝝ vnū in sua rōne formali claudit aliqd/ qḋ non est in rōne entis/ nec aliaꝝ passionū. Nā vnū claudit idiuisionē: bonū ꝟo respectū ad appetitū. ergo. Maior pꝫ ex dictis. Minor ꝟo patebit ifra. vbi aget̄ de istis passionibus. ¶ 2ª ꝯ. (Cōclo 2ª. Passiones entis ꝯuertunt̄ cū eo eēntial'r.) Passiones entis ꝯuertunt̄ cū ente ⁊ iter se ꝑꝫ eēntiā: ꝓbat̄. Oia ista dicūt eādē eēntiā. ergo ꝯuertunt̄ ꝑꝫ eēntiā: ꝯñtia pꝫ. Añs ꝓbat̄: ꝙ eniꝫ ens ⁊ vnū dicant eādē nãm/ ꝓbat phs 4° metaphy. textu cōmenti tertij: ⁊ similiter probatur de alijs. Qꝛ ꝟo adequate pꝫ: qꝛ ois entitas est indiuisa: ⁊ omne

Passiones entis couertunt cũ ente denoiatiue. indiuisuz/est quedã entitas. ℂ Tertia ↄclusio. Passiones entis cõuertunt cũ ente denominatiue. Probat. De quocunqз predicat vnũ istoꝝ/predicant ⁊ alia oĩa. ergo ↄuertunt denominatiue siue ſm supposita: vt alÿ dicunt sub alÿs verbis: ↄñtia pz: ⁊ añs ꝓbatur. ⁊ primo de vno. Nam omne ens est idiuisuz aliquo mõ. ergo omne ens est vnũ. Cõsequentia pz: ⁊ antecedẽs ꝓbat. Entia simpliciter sunt oĩno actu idiuisa. cũ nõ habeant ꝑtes: entia ꝟo cõposita. lz sint diuisibilia: nõ tñ sunt actu diuisa. Non enim sunt. nisi quãdiu eoꝝ partes sunt vnite. Scdõ ꝓbat de bono. Oẽ appetibile est bonũ. Sed oẽ ens actu est appetibile. ergo est bonum. Maior patet/ex rõne boni. Minor ꝓbatur. Omne ꝑfectũ est appetibile. cũ quelz res appetat suã ꝑfectionẽ. Sed omne ens actu/est ꝑfectũ. ergo est appetibile. Minor pz. qꝛ omne ens actu hz esse: ipsuz aũt esse est prima ꝑfectio rei. ℂ Tertio ꝓbat de vero. Omne ens est cõforme alicui intellectui saltẽ diuino. cum deus necessario omnia intelligat. ergo omne ens est verum. Et sic pz qualem conuersionez habeant passiones entis cum ipso ente. Et hec cõuersio tertio modo dicta/cõuenit generalr̃ cuilz subiecto respectu ꝓprie passionis.

Ad p̃mã scđam ⁊ tertiã rñ. **Ad argumenta** rñdet. Ad p̃muz negat minor. lz eniz de rõne ↄceptus hꝰ passionum sit ꝙ sit cõpositus. ipsuz tñ/vnũ/verũ/⁊ bonũ/non sunt necessario cõposita. Multa eniz que sunt/vnũ/bonũ/⁊ verum/non sunt cõposita. vt deus/⁊ intelligentie/⁊ aĩa/⁊ alie nature simplices. Instantia ℂ Dicet forte ꝙ saltẽ ↄceptus istaꝝ passionũ sunt cõpositi ex multis. g̊ tales ↄceptus non sunt passiones cõuertibiles cũ ente. Rñsio. ℂ Rñdeo ꝙ si loquamur de ↄuersiõe ↄceptuũ. ↄcedit totũ/vt patuit ex p̃ma ↄclõne. si ꝟo itelligit de ↄuersione rerũ ⁊ ſm supposita: negat ↄsequẽtia. ℂ Et ꝑ hoc rñdet ad 2m ⁊ ad 3m: qꝛ ens nõ est pars vnius: lz ↄceptus entis sit pars ↄceptus vniꝰ. Ad q̃rtã ℂ Ad 4m negat minor. Ad ꝓbationẽ negat minor. Oĩs eniz multitudo hz aliquã vnitatẽ: que eniz sunt multa numero: sunt vnum spẽ: ⁊ que sunt multa spẽ. sunt vnum gñe: ⁊ que sunt multa genere. sunt vnũ analogia. Et cũ ꝓbat illa minor: qꝛ/vnũ opponit multitudini. Dicit ꝙ vnũ nõ opponit multitudini quo ad positiuũ qđ significat: sed solũ rõne indiuisiõis quã dicit. Multitudo eniz dicit diuisionẽ: sed vnũ predicatur de multitudine q̃tũ ad id qđ est: ⁊ vt sic ei non opponitur: imo ea cõstituit. vt magis declarabit in. 10. huius. q. 4.

Ad q̃ntaz ℂ Ad 5m dr̃ ꝙ priuatio eo mõ est bonuz quo est ens. Sicut. n. est ens rõnis. ita est bonũ rõnis: qꝛ ipsa cognitio priuationis. ⁊ ipsa cognitio mali/est perfectio intellectus: nõ quidẽ priuatio formalis: sed priuatio obiectiua. ℂ Ad 6m Ad sextã dicit: ꝙ materia nõ est ens nisi in potentia: ⁊ silr̃ est etiam appetibilis ⁊ bona in potentia. Bonũ enim cõuertit non cum ente quocũqз mõ accepto. sed cũ ente in actu. ℂ Ad Ad 7am 7m negatur minor accipiendo bonũ transcẽdenter. ℂ Ad Aliqd dr̃ bom 2r. cuius euidentiam sciendum ꝙ aliqd potest dici dupliciter bonuz. Uno mõ bonitate essendi: ⁊ sic non diuidit ens in bonũ ⁊ malũ: qꝛ nulla nã ⁊ essentia rei mala est. sed quelibet bona: ⁊ bonum vt sic ↄuertit cũ ente. Alio modo dicit aliquid bonuz/q̃tum ad ea que ei superaddunt: ⁊ qꝛ huiꝰ superaddita entitati rei/possunt esse quedã perfectiones. ⁊ ꝓñt ẽt esse q̃dã ꝓuationes ꝑfectionũ. ideo vt sic diuidit ens in bonũ ⁊ malũ: ⁊ cũ nullo eoꝝ ↄuertit: sed tale bonũ non est bonum transcẽdẽs. qđ ponitur passio entis.

ℂ Utrũ ens p̃dicet q̃dditatiue đ suis passiõibꝰ. Qõ. XIX.

Queritur decimonono. Utrũ ens p̃dicetur quidditatiue de suis passionibus/⁊ de oĩbꝰ alÿs. Et arguit ꝙ nõ. ℂ Prio p̃ ratio. sequitur ꝙ esset ꝓcessus in infinitũ in differẽtÿs ⁊ differentibus. ↄsequens est falsuz. ergo ⁊ antecedẽs. ↄsequẽtia ꝓbatur: sint. a. ⁊. b. due differẽtie: ipse per te cõueniũt in ente q̃dditatiue. ⁊ inter se sunt distincte. ergo in aliquo ↄueniunt ⁊ in aliquo differũt. Istud aũt ꝑ qđ differunt est aliqua ratio eis addita. ⁊ per cõsequẽs/est q̃dam dr̃ia qua vna differẽtia distinguitur ab alia. Quero autẽ de istis differẽtÿs q̃uo distinguant. ⁊ sic in infinituz.

ℂ Scđo. Sic in cõpositis fit resolõ ad simplr̃ simplicia/ scilz/ad vltim actũ. ⁊ vltimã potẽtiã: que ita sunt diuersa. ꝙ nihil vnius icludit aliquid alterius: ita in ↄceptibus fit resolutio ad ↄceptus simplr̃ simplices. quoꝝ vnus est determinabilis tm̃. ⁊ iste est conceptus entis. alius ꝟo est tm̃ determinans: ⁊ iste est conceptus differẽtie: ⁊ isti ↄceptus sũt p̃mo diuersi. ita ꝙ nihil vnius includit aliquid alterius. 2m

ℂ Tertio. Genus non p̃dicatur de differentÿs. ergo neqз ens. Antecedens est phĩ 3o metaphysice tex. cõmẽ. 10. cõsequentia ꝓbatur. quia ratio quare genus non p̃dicatur de differẽtÿs. est qꝛ tunc esset nugatio in diffinitione. cum idẽ bis diceret. Sed hoc idem cõtingit/si ens de differentÿs predicatur. 3m

ℂ Quarto. Ens nõ p̃dicat quidditatiue de vltimis differentÿs. ergo nõ p̃dicatur q̃dditatiue de oĩbus. Consequẽtia pz. antecedens ꝓbatur. Si ens predicaretur de vltimis differẽtÿs. sequeret ꝙ vltime differẽtie haberent aliquid in quo cõuenirẽt. Sed hoc est falsuz. ergo ⁊c. Maior pz: quia cõuenirẽt in ente. Minor ꝓbatur. Primo diuersa in nullo cõueniunt. Sz vltime differẽtie sunt p̃mo diuersa: vt dicitur. 8. metaphysi. tex. cõmẽ. 8. ergo in nullo conueniunt. 4m

ℂ Quinto. Nullũ per se inclusum est cõuertibile cum includẽte. Sed ens ↄuertitur cum suis passionibus. ergo non includit per se siue quidditatiue in rõne earum. Maior ꝓbatur: qꝛ includens dicitꝰ aliquid aliud preter id qđ includit: sicut homo dicit aliquid p̃ter animal. Minor ꝓbata est supra. q. 17. 5m

ℂ Sexto. Quicq̃d includit aliud quidditatiue/est eo inferius. Sz passiones entis nõ sunt inferiores ente: quia cum ipso cõuertunt: ⁊ etiam per se scđo modo predicantur de ente. ergo non includunt ens quidditatiue. Minor pz: ⁊ maior ꝓbatur: quia predicatio quidditatiua nõ est nisi superioris de inferiori. 6m

ℂ Septimo. Conceptus determinabilis non includitur quidditatiue in cõceptu determinante: ⁊ ꝑ hoc ꝓbatur ꝙ differẽtia nõ participat genus. Sz ens determinat ꝑ suas passiões. ⁊ ꝑ dr̃ias. ergo non p̃dicatur de eis quidditatiue. 7m

Respondeo In hac questione p̃mo declarabit titulus questionis: secũdo respondebit per cõclusiones. Triplex p̃dicatio. ℂ Quantum ad p̃mũ triplex est predicatio. s. identica: denominatiua: ⁊ q̃dditatiua. ℂ Predicatio idẽtica est/qñ p̃dicatũ dicit eãdẽ rẽ cũ subõ. siue p̃dicatuz dicat illã rem sub eadẽ rõne qua subm: siue sub alia. Et in tali p̃dicatione hec est vera: quãtitas est equalitas: qꝛ equalitas nõ est res distincta a quãtitate. ℂ Predicatio denominatiua est ꝓprie loquẽdo/qñ p̃dicatũ dicit formaz: que est distincta res a subõ: siue talis res subto inhereat: puta/ cuz dr̃ hõ est albus: siue nõ inhereat: vt cũ dr̃. hõ est locatꝰ: ⁊ vrina est sana. Naz locus nõ est subiectiue in locato. nec sanitas in vrina: ⁊ hec appellat denominatio extrinseca. Extẽso tñ vocabulo/omnis p̃dicatio põt dici denominatiua. quando p̃dicatum dicit de subõ ꝑ se scđo modo: siue sit res ab eo distincta siue nõ. ℂ Predicatio q̃dditatiua siue formalis. quod idẽ significat: est quando cõceptus p̃dicati clauditur in cõceptu subiecti: siue hi conceptus sint cõuertibiles siue non. Uñ hec ꝓpositio. homo est animal rationale. est vera. nõ solũ idẽtifice. sed ẽt quidditatiue ⁊ formaliter. qꝛ cõceptus aĩalis ⁊ cõceptus rationalis claudit per se/perseitate primi modi in conceptu hoĩs. Ista autẽ equalitas est quãtitas. lz sit vera idẽtice: nõ tamen est vera q̃dditatiue: ⁊ formaliter: qꝛ conceptus sub quo hic terminus

equalitas/significat hanc rē/nō clauditur in conceptu sub quo eandē rem significat hic terminus/quantitas.cum alter istorum conceptuum sit absolutus.alter vero relatiuus. ¶ Dicunt igitur quidā ꝙ tria sunt/de quibus ens nō p̄dicatur q̄dditatiue. Primū istoꝝ/sunt passiones entis/scilꝫ/ vnū/bonū/verū:q̄ꝛ subiectū nō ponit̄ in rōne passiōis/nisi vt additū. Secūdū/sunt modi entis.puta/finitū ⁊ infinitū: ⁊ alia hui⁹. Tertiū/sunt d̄ñe/que lꝫ sint ens.non tn̄ sunt ens formal'r:nec etiā formal'r sunt nō ens.imo nullū istoꝝ cōuenit eis formaliter. (Scotistaꝝ racitū.)

Quantum ad z^m hec est p̄ma ꝯclusio. Ens predicat̄ q̄dditatiue.⁊ formal'r de oib⁹ d̄ñis.pbatur. ¶ Primo ratione ph̄i.3.metaphy si.tex.⁊ cōmento.10. Ibi eniꝫ pbat̄/ꝙ ens nō est genus hac rōne. Gen⁹ nō predicat̄ de d̄ñis. Sed ens p̄dicat̄ de d̄ñis.ḡ ens nō est gen⁹. Quero quō itelligit ph̄s in maiori/ꝙ gen⁹ nō predicat̄ de d̄ñis;aut eniꝫ itelligit ꝙ nō p̄dicat̄ idētice:aut ꝙ nō predicat̄ formal'r. Si idētice/sic illa maior esset falsa.cū genus ⁊ d̄ña sint eadē res. Si formal'r.ḡ sic accipiendū est in minori. in qua dicit ꝙ ens p̄dicat̄ de d̄ñis:⁊ sic pꝫ ꝙ ratio ph̄i non ꝯcludit nisi ens predicet̄ formal'r de d̄ñis. ¶ z°. Nulla potentia cognitiua ferri pōt in aliqd ob'm/nisi ipsuꝫ apprehēdat sub formali rōne sui p̄mi ⁊ adequati obi. Sed formale ⁊ adequatū ob'm itell's est ens.ḡ nihil cognoscit itellect⁹/nisi in eo apprehendat rōnē entis. Cōstat aūt ꝙ intell's cognoscit d̄ñas/formando ex eis diffōnes.ḡ in ꝯceptu cuiuslꝫ d̄ñe/includit̄ ens formal'r. ¶ 3°. Id qd p se est ab itellectu cognoscibile/hꝫ rōneꝫ entis q̄dditatiue. Sed d̄ñe sunt p se cognoscibiles ab itellectu.ḡ ⁊c̄. Maior pbat̄:q̄ꝛ ea que nō sunt ens q̄dditatiue:sed aut denoīatiue tm̄:aut alio mō/nō cognoscunt̄ per se ab itellectu:q̄ꝛ enim Sor.non est color q̄dditatiue.sed coloratus denoīatiue.ideo nō videt̄ per se. Minor etiā pꝫ.nam vltimas d̄ñas intell's per se intelligit. ¶ Dicet̄ forte/ꝙ sufficit eas esse ens idētice/ad hoc ꝙ itelligantur.sꝫ nō opꝫ ꝙ sint ens formal'r:q̄ꝛ adequatū obiectū intellectus nō est formalitas entis.sꝫ realitas entis. ¶ Sꝫ arguit̄ ꝯtra. Sint.a.⁊.b.due d̄ñe/que habeāt suas p̄prias formalitates/in nulla alia formalitate ꝯuenientes:vt tu dicis.⁊ arguit̄ sic. Aut realitas entis est p̄or sua p̄pria formalitate.aut posterior. Si prior.ergo aliqd est qd nullā hꝫ formalitatē ⁊ ꝯceptibilitatē:q̄ꝛ realitas entis i illo p̄ori nō hꝫ p te formalitatē entis.ḡ nec vllā aliā. Si posterior.ḡ nō facit formalitatē.a.⁊ formalitatē entis esse vnū per idētitatē: q̄ꝛ nulluꝫ posterius facit prius esse vnū.igitur erunt tres rationes formales obiectiue intell's.s.formalitas entis:⁊ formalitas.a.⁊ formalitas.b. ¶ Itē. Si.a.⁊.b.non sunt ens formaliter.seq̄t̄ ꝙ aliqd est prius ente:ꝯn̄s est falsum. Patet ꝯn̄tia. A.est ꝯstitutiuū per modū d̄ñe:ens ēt est ꝯstitutiuū. sꝫ alio mō q̄ꝫ.a.q̄ꝛ ens non est d̄ña.ergo esse ꝯstitutiuū ꝯuenit enti.⁊ ꝯuenit.a.⁊ nō ꝯuenit vni per alterū.ḡ esse ꝯstitutiuū ꝯuenit alicui subiecto p̄ori:q̄ꝛ oīs p̄prietas hꝫ aliquod subiectū p̄mū/cui p̄mo ꝯuenit. ¶ 4°. Omne superius clauditur formal'r in quolꝫ suo iferiori:cū iferiora dicant q̄cq̄d dicit superius.⁊ aliqd addāt. Sed ens/est superius ad oēs differētias:aliogn non esset vniuersalissimū p̄dicatuꝫ ⁊ cōmunissimū.ergo ⁊c̄. ¶ 5°. Ens ⁊ nihil/ex opposito diuiduntur.sicut ēt nihil ⁊ aliqd:ita ꝙ inter ea non datur medium: ex quo sequitur ꝙ q̄cq̄d non dicit ens in sua ratione formali/est formal'r nihil. Sed d̄ña nō est formal'r nihil.vt pꝫ.ḡ includit q̄dditatiue ⁊ formaliter ens. ¶ 6°. Nulla passio cōcipi pōt sine rōne sui subiecti:vt dicit Ph̄s.7.meta.tex.cō. 17. Sed d̄ña est passio entis:vt patet.10.met.tex.9.11.⁊.12. ergo in ꝯceptu differētie claudit̄ ens. ¶ Cōfirmatur.quia ex hoc sequit̄/ꝙ nulla species sit formal'r ens s̄m se totam: q̄ꝛ altera eius pars.s.differentia/non est ens formal'r:quod est absurdū. ¶ Secūda ꝯclusio. Ens p̄dicatur q̄dditatiue de suis passionibus.pbatur. ¶ Primo. Unū dicit indiuisioneꝫ.ergo vel dicit tm̄ indiuisionē in sua ratione formali. vel preter hoc dicit aliquid positiuuꝫ reale. Sed non dicit tm̄ indiuisioneꝫ.aliogn esset terminus omnino priuatiuus ⁊ nihil poneret. Et per ꝯn̄s cuꝫ dr̄.deus est vnus.nihil predicaretur de deo formal'r.ergo dicit aliqd positiuum reale formaliter. Istud aūt non pōt esse nisi ens:q̄ꝛ nulluꝫ aliud reale ꝯuenit omni enti. Qd dictū est de vno.dicendum est de vero/⁊ bono. Nam veruꝫ est ens conforme intellectui: ⁊ bonum est ens appetibile. ¶ Ad hoc dicunt aliqui ꝙ bonitas/que est passio entis/est diuisiua alicuius generis subalterni de genere qualitatis/⁊ cōstitutiua alterius generis subalterni/sicut etiā risibilitas que est de genere qualitatis vel relationis/est propria passio hominis. Et ideo sicut homo non dicit̄ formaliter de risibilitate.ita nec ens de bonitate. Dicunt secūdo ꝙ bonitas predicatur per se perseitate primi modi de genere qd ꝯstituit:⁊ predicatur per se perseitate secundi modi de ente quod est superi⁹ ad omnia genera. Dicunt tertio:ꝙ passiones entis dicunt quosdā conceptus simpliciter simplices ⁊ omnino irresolubiles in alios conceptus. Sicut etiam conceptus entis est oīno simplex: nec potest in alios cōceptus resolui. ¶ Sed ꝯtra hec tria arguitur. Contra p̄mū sic. Bonitas dicit eandē naturaꝫ cū ente.ergo nō est determiata ad genus qualitatis. ꝯn̄tia pꝫ. Antecedēs pbat̄:q̄ꝛ nō est maior ratio ꝙ vnum dicat eādē naturā cum ente.q̄ꝫ ꝙ bonum.cū vtrūqꝫ sit transcendens. Sed ens ⁊ vnū dicunt eandē naturaꝫ. ¶ Item. Omnis entitas est appetibilis cuꝫ sit quedā perfectio:⁊ sic aut finis: aut ordinatū ad finem.ergo oīs entitas est quedā bonitas. ¶ Contra z^m arguit̄. Id qd reperit̄ in oībus generibus nō est differentia constitutiua determinati generis.cum d̄ña nō sit extra id qd ꝯstituit. Sed bonum reperitur in omnibus generibus vt dicit Ph̄s p̄ ethic.ergo nō est differentia constitutiua generis determinati. ¶ Contra tertium arguitur. Non est maior ratio de resolutione p̄positionū q̄ꝫ conceptuū simplicium:quia propositiones non sunt resolubiles nisi propter terminos ex quibus constituunt̄:qui termini significant conceptus simplices. Sed omnis propositio est resolubilis in eam que constituitur ex ente.s.in istā. Impossibile est idem sil' esse ⁊ nō esse:vt dicit Philosophus in hoc 4° textu cōmenti.9.⁊ ita declarabitur.ergo omnis ali⁹ conceptus est resolubilis in conceptum entis. ¶ Secūdo principaliter arguitur. Si ens non predicatur quidditatiue de suis passionibus.sequitur ꝙ non predicatur in quid/ de aliquo per se contento sub eisdeꝫ passionibus. Sed hoc est falsum.ergo ⁊c̄. Consequentia probatur.per illam regulam:diuersorum generum ⁊ non subalternatim positorum diuerse sunt species ⁊ differentie. Et ideo si bonitas nō includit conceptuꝫ entis:nec ei subalternatur nihil per se cōtentum sub bonitate includet conceptum entis:falsitas cōsequentis probatur.bonitas Socratis.puta eius virtus:iustitia charitas:⁊ similiter bonitas Platonis continetur per se sub bonitate transcendente. Sed ista includunt formaliter ⁊ quidditatiue ens:quod p̄batur. Nam de iustitia predicatur quidditatiue accidens cum sit superius ad ipsam. de accidente autem predicatur quidditatiue ens.ergo de iustitia predicatur quidditatiue. Patet consequentia per illam regulam:quando alterum de altero predicatur quicquid dicitur de predicato:dicitur etiaꝫ de subiecto. ¶ Tertio sequitur:ꝙ preter decem coordinationes predicamentorum que continentur sub ente sint alie decem sub vno:⁊ similiter alie decem sub qualibet passione entis. Sed hoc est falsuꝫ:vt satis constat.ergo ⁊c̄. Consequētia p̄bat̄. Nam vnum p̄dicatur quidditatiue de vnitate substantie:de vni

Marginal notes: Scotistaꝝ racitū. — D̄ña ꝯclo. Nō ens p̄dicat̄ q̄dditatiue d̄ñis. — (...)ga que (...)t fieri. — Impug° (...)ge. — 2° ꝯclo. Ens p̄dicat̄ q̄dditatiue de suis passionibus. — R̄n̄° quorundam. — Impug°. — 2° rō pro ꝯclone. — In an̄ p̄dicamētis.

tate quātitatis ⁊ cuiuslibet alterius generis.ergo est q̄dam coordinatio ſm sub ⁊ supra vnitatū que reperiunt̄ in generibus ⁊ speciebus substātiaꝝ.Et cū per te genus nō predicet̄ qdditatiue de vnitate trāscēdente:nec de hꝯ vnitatibꝰ seqt̄ ꝙ coordinatio hꝯ vnitatū est distincta a coordinatione substātiaꝝ:⁊ qđ dictū est de istis vniformiter dicenduꝫ est de vnitatibꝰ oīuꝫ alioꝝ generū:que oīa cōstat eē absurdissima.Et iō ɔcludēdū est ꝙ ɔceptꝰ entis icludit̄ in quolꝫ alio ɔceptu:lꝫ passiones entis addāt ei aliqđ rōnis.

Ad p̄mū **Ad primum** dr̄ ꝙ nō repugnat his que sunt p̄mo diuersa in aliquo cōi ɔceptu ɔuenire.Nam decē predicamenta sunt p̄mo diuersa.vt dicit Phs ⁊ Cōmētator 3° ⁊.10.meta.tex.cō.8.⁊ tñ oēs ɔcedūt ꝙ de q̄lꝫ eorū predicat̄ ens.Et idē de differentijs est dōm.Dico igit̄ ꝙ drīe ɔueniunt in ente ⁊ inter se distinguunt̄.Et cū arguitur.ergo habēt differētias qbꝰ differūt:negat̄ ɔñtia:q꞉ non dicunt̄ differre tanꝙ̄ sint ea q̄ differāt:sed q꞉ sunt ea qbus alia differūt.Ex hoc pꝫ ꝙ rō quare ea que cōueniūt in aliquo cōi:⁊ distinguunt̄ iter se nō ꝓprie differāt:est ex duobus.Uno modo qa talia nō hñt drīas quibus cōstituunt̄:cuiꝰ sunt p̄dicamēta.Alio modo qa eis alia differunt:cuiꝰ sunt drīe.

Ad scōm ❡ Ad scōm negat̄ ɔñtia.Cuius rō est:qa nō pōt dari alius ɔceptus simplr̄ simplex nisi ɔceptus entis:cum reliq oēs in ipsuꝫ resoluant̄.Nā etiā ea que sunt simplicia in nā includūt formalr̄ ens in suo ɔceptu.

Ad tertiā ❡ Ad tertiū negat̄ ɔñtia.Ad ꝓbōnē dr̄:ꝙ illa nō est p̄ma ⁊ efficax rō:sed ea que ponet̄ qōne sequēti.

Ad q̄rtā ❡ Ad quartū negat̄ añs.Ad ꝓbationē negat̄ minor:⁊ dr̄ ꝙ lꝫ p̄mo diuersa nō possint cōuenire in aliqua vna nā:pñt tñ ɔuenire in aliqua rōne analoga que de ipsis quidditatiue dr̄:⁊ nō soluꝫ hoc est poīe:ꝫ est necesse:vt supra declaratuꝫ fuit qōne 2ª huius 4ⁱ libri.

Ad q̄ntaꝫ ❡ Ad q̄ntuꝫ dr̄:ꝙ duplr̄ pōt aliqđ icludere aliđ.Uno mō qa icludit aliqđ cōe:⁊ p̄ter hoc includit aliquid:qđ siue sit idē cū illo cōi siue nō:tñ se hꝫ in minus ꝙ̄ illđ cōe iclusuꝫ:sicut hō icludit aīal ⁊ rōnale qđ se hꝫ in minus ꝙ̄ aīal:⁊ ꝓp hoc nō pōt hō cōuerti cū aīali:qa per rōnale cōtrahit̄ ⁊ limitat̄.Alio mō vnū icludit aliđ:⁊ p̄ter hoc aliqđ ei addit:qđ qdē additū nō se hꝫ in minus ꝙ̄ illud p̄mo inclusum:⁊ hoc mō vnū icludit ens:⁊ addit idiuisionē que ɔsequit̄ oē ens:⁊ ideo poīe est ꝙ vnū ɔuertat̄ cū ente:lꝫ includat ens. Ad formā aūt argumēti negat̄ maior:de eo qđ icludit aliđ scđo mō.

Ad sextā ❡ Ad sextū negat̄ maior.de eo qđ includit aliud scđo modo nunc declarato:⁊ sic vnū ⁊ quelibet alia passio entis icludit ens.Nō eniꝫ est iferior ente rōne ipsius entis inclusi:cū nihil sit iferius seipo.Nō etiā est iferius ratione illiꝰ additi supra ens:q꞉ tale additū ɔsequit̄ omne ens.Ad ꝓbationē dr̄ ꝙ predicatio qdditatiua non solū pōt esse superioris de inferiori:sed ēt equalis de equali ⁊ ɔuertibilis de ɔuertibili.

Ad 7ᵘᵐ ❡ Ad 7ᵐ dr̄:ꝙ ɔceptus determinabilis per differentias ei additas nō includitur formalr̄ ⁊ quidditatiue in eis.Cōceptus tamen determinabilis per aliquod ens rationis siue per diuersos modos potest includi quidditatiue non quidem in hꝯ entibus rationis:sed in eis que constituunt̄ per talia entia rationis:⁊ per diuersos modos eēndi:⁊ hoc modo se habet ens ad suas passiones:⁊ ad decem predicamenta.Nam ɔceptus vnius ɔstituit̄ per ɔceptum entis:⁊ per conceptuꝫ indiuisionis ⁊ in eos est resolubilis:⁊ ideo ɔceptus entis realis includitur non quidem in cōceptu indiuisionis:sed in totali ɔceptu vnius.Et similiter cōceptus substantie est cōpositus ex conceptu entis:⁊ ex quodam conceptu negatiuo:queꝫ circūloquimur per hunc terminum per se.duꝫ dicitur ꝙ substantia est ens per se:Et iō lꝫ ɔceptus entis cōmunissimi ad reale ⁊ rationis includat̄ formaliter in illo conceptu negatiuo:tamen cōceptus entis realis in eo non includit̄:sed includitur in totali ⁊ completo conceptu substantie tanꝙ̄ pars totalis conceptus eius. Ex quo pꝫ ꝙ ens nō includitur formaliter in eo per qđ determinatur ad vnū.neqꝫ in eo per quod ɔtrahit ad substātiam:cum hꝯ sint tñ negationes vel entia rōnis. Includit̄ tñ qdditatiue in cōceptu vnius ⁊ in cōceptu substantie.

❡ Utrum genus predicet̄ per se de drīa. Questio. XX.

Queritur vigesimo vtrum genus predicetur per se de differētia.Et videt̄ ꝙ sic.❡ Primo.genus predicatur de differentia.naꝫ ista est vera.rationale est animal.⁊ non predicatur per accidens.ergo per se.maior pꝫ.minor ꝓbatur.in omni predicatione per accidens:aut predicatur accidens de subiecto:vel subiectū de accidente:vel accidens de accidente:vt dicitur 5° huius textu cō.13.Sed nullum istorū est in ꝓposito.ergo non est predicatio ꝑ accidens.❡ Scđo in oī predicatione per accidens p̄dicatum accidit subiecto ita ꝙ nō repugnat subiecto esse sine predicato.Sed rationale non potest esse sine animali. ergo ⁊c̄. ❡ Tertio.si animal p̄dicat̄ per accidēs de rationali:seqt̄ ꝙ predicetur per accidens de homine:sed hoc est falsum. cum sit de eius diffinitione.ergo ⁊c̄.Prima cōsequentia ꝓbatur:q꞉ quicqđ predicatur ꝑ accidens de aliquo:p̄dicatur etiam ꝑ accidēs de omni eo in quo formaliter illud includitur:sed animal includitur formalr̄ in ratione hominis.g̊ sequitur ꝙ rationale diceret̄ per accidēs de hoīe.❡ Quarto.ista est ꝑ se.rationale est ens ⁊ substantia.ergo etiaꝫ ista est per se.rationale est aīal.añs pꝫ:q꞉ ens dicit̄ de oībus in quid:⁊ similr̄ substātia de rationali:cū rōnale sit de genere substantie.cōsequētia ꝓbat̄:q꞉ rationale nō est substantia incorporea nec insensitiua.ergo est suba aīata sensitiua:⁊ ꝑ consequēs est animal:cū substantia aīata sensitiua sit diffō aīalis.❡ Quinto arguit̄ expositorie:hoc ꝑ se est rōnale.ꝑ ly.B.demrando hoieꝫ:⁊ B ꝑ se est aīal.g̊ aīal ꝑ se est rōnale.

latio quā significat passio:ꝛ per ꝯn̄s nec ei cōueniret ratio
passionis.¶ Ad 5m dr̄ ꝙ nihil dr̄ ens per accidēs nisi eque
p̄mo significet res diuersoꝝ generꝝ vt hō albus:sed si signi
ficat rem vnius generis:ꝛ cōnotat rem alterius gn̄is nō est
ens per accidēs:aliogn scientia esset ens per accidēs:qz cō
notat relationē ad scibile.Actio aūt in p̄ncipali significato
dicit tm̄ formam que est ab agente:sed relationem agentis
connotat tm̄ in obliquo.

¶ Utrum quatuor vltima genera dicant absolutum vel re/
spectum. Questio. XXXIX.

Queritur 39°.Utrū reliqua genera.s.qn̄.
Ubi.Situs.ꝛ Habitus.dicant
rem absolutā vel respectū.Et videt̄ ꝙ signifi/
cent respectum.¶ Primo.Adiacentia est relō.
Sed qn̄/est adiacētia tēporis/vel saltē cōseqt
adiacentiā.ergo qn̄/nō est res absoluta.Maior pz:qz adia/
centia dr̄ ad aliud.Nulla.n.res adiacet sibiipsi.Minor p/
bat̄.Ex diffinitione ipsius/qn̄.Dicit.n.Gilbertus ꝙ/qn̄ est
id qḋ ex adiacētia tēporis derelinquit̄:cōstat aūt ꝙ id qḋ
derelinquit̄ ex relōne/nō est res absoluta:qz absolutū non
est posterius relatione.¶ Scḋo.Ubi/est circūscriptio.Sz
circūscriptio est relō.ergo.vbi est relō.Minor pz.Maior
est diffō ipsius vbi/in qua dr̄ ꝙ vbi est circūscriptio corpo
ris/ex loci circunscriptione ꝓcedens.¶ Tertio.Ois ordo
est relatio.Sed positio est quidaz ordo.ergo est respectus.
Maior pz.Minor etiam patet.ex eius diffinitione.Nam
positio est ordo partium in loco.

Rn̄deo ꝙ circa nām horū generum sunt tres famose
opiniones.Prima est Scoti 4° sniaꝝ.Scḋa
est Heruei in quolibet vbi supra.Tertia est Ioā.capreoli.
2.di.2.q.6.Prima opinio declarabitur presenti qōne.Due
alie sustinebunt̄:qz nulla earū est oino clara apō.S.Tho.
¶ Dicit ergo Scotus ꝙ aliq respectꝰ sunt intrinsecus ad/
uenientes.Aliqui ꝟo extrinsecus.respectus intrinsecus ad/
ueniens/est ille q necio cōsequit̄ rez/posito fundamento ꝛ
termino.Impoīe est eniz si vnū corpus est albuz/ꝛ postea
ponat̄ aliud albū qn statim in eis sit siītudo.Respectꝰ ex
trinsecus aduenies.nō ideo dr̄ extrinsecus aduenire/quasi
nō sit in eo qḋ refert̄:sed qz nō necessario cōsequit̄ funda/
mentū ꝛ terminū.Existente eniz aliquo corpore Parisius/
ꝛ aliquo Rome/nō statim inter hec est relatio locati ad lo
cum:q respectus dr̄ situs.Primi respectus sunt de genere
relationis.Scḋi ꝟo.s.illi qui extrinsecus adueniunt consti
tuunt vltima sex predicamēta.Nā actio nihil est aliud nisi
respectus agentis ad passum:passio aūt est ecōtra respectꝰ
passi ad agens.Isti aūt respectus sunt extrinseci:qz non sta
tim posito igne ꝛ ligno in rerum nā est in eis respectus agē
tis ad passum:sed opz p̄ter hoc ꝙ approximentur.ꝛ vnum
agat in aliud.Istam opionē lz.S.Tho.nō approbauit nec
reprobauit/tm̄ ex p̄ncipijs eius nō habet̄.¶ Et ideo rn̄de
tur ad hanc qōnē hac vnica conclusione.Nec.6.nec.4.vl/
tima p̄dicamēta significant respectus extrinsecus aduenie
tes.qḋ ꝓbat̄.¶ Primo.Respectus extrinsecus aduenies
est ille per te.qui nō statim cōsequit̄ rem posito fundamē/
to ꝛ termino.Sed posita re tēporali ꝛ tēpore statim necio
ꝯseq̄t̄ eam respectus ad tēpus:qui respectus per te dr̄ ip̄m
Qn̄.ergo/qn̄/nō est respectus extrinsecus.Maior pz.Mi/
nor ꝓbat̄.Et suppono de mēte phi 4° physi.ꝙ sit tm̄ vnū
tēpus:sicut est tm̄ vnus p̄mus motus.Tunc sic.Res tēpo/
ralis necio est in tēpore.Sed tēpus est tm̄ vnū.ergo ipoīe
est dare tēpus ad qḋ res temporalis nō habeat respectum.
¶ Scḋo.Suppono ꝙ potētia gnātiua sit fundamētū pa/
ternitatis.Quod probat̄.Quia vel ipsa vel generatio sunt
fundamētū.Sed nō generatio.qz trāseunte gnōne adhuc
manet paternitas:relō aūt nō manet nō exn̄te fundamēto.
Ex his

Ex his arguit̄ sic. Nō ĩplicat ɔ̃dictionē q̄ fundamētū paternitatis sit. ⁊ silr̄ terminꝰ eiꝰ. ⁊ tñ q̄ paternitas nō sit. ḡ nō bene dr̄/q̄ respectꝰ itrinsecꝰ necessario ɔ̄sequit̄ fundamentū ⁊ terminū. ɔ̄ñtia pꝫ. Probat̄ añs. Posset eniꝫ deus cōicare Sorti virtutē: vt ꝑ suū velle ꝑduceret Pla. sicut intelligētie cōicauit q̄ per purū velle moueat celū. Hoc posito ꝑducat Sor. Platonē per suū velle: tūc constat q̄ Sor. nō est pater Platonis: q2 ipm̄ nō genuit ex aliquo. ⁊ tñ in Sorte est poᵃ gñatiua. ⁊ terminus positꝰ est. s. plato. ergo ⁊c. ❡ 3ᵒ. aut hic respectꝰ extrinsecꝰ est ꝑm suū totum eē ad aliud. aut nō. Si nō. ergo est quid absolutū. Si sic. ḡ est de gñe relōnis. Maior pꝫ: q2 ē ꝑ ptes ɔ̃dictorias/inter quas nō dat̄ mediuꝫ. ❡ Dicet forte q̄ ꝑm totū suū eē est ad aliud: nec tñ est in gñe relōnis: q2 ꝑter hoc requirit̄ aliquis respectꝰ de gñe relōnis/qui necessario ɔ̄sequat̄ rē posito fundamēto ⁊ termino. ❡ Sꝫ ɔ̄ est: q2 nec Phs 5ᵒ metaphy. ⁊ in p̄dicamētis: nec Cōmē. alicubi: nec Auicena 3ᵒ meta. in tractatu de relōnibus, nec quisq̄ȝ Peripateticus vnq̄ȝ dixit plus reqri ad relationē: nisi q̄ tota eiꝰ rō sit ad aliud. Et si plus requirat̄ sequit̄ Aris. eē diminutū/nec sufficiēter tradidisse diffōnē relatiuoꝝ. Nec mihi cure est ipugnare alr̄ hāc opionē: sꝫ dclarasse q̄ nō sit ad mētē Phi.

Rñsio aliqualis. — Diluit rñsio.

Ad argumenta simul rn̄detur q̄ non sequr̄ sī sunt respectꝰ q̄ sint respectꝰ extrinseci: quō autē sint respectus patebit qōne. 41.

❡ Utrū Locus ⁊ Ubi sint idē. Qō. XL.

Cap. 2. d. 6. q. 2. ⁊. 2. d. 2. ⁊. 4. dis. 4.

Pria rō. **Queritur** 40ᵒ. Utrū locus ⁊ vbi sint eadē res/ Sicut dicit Herueꝰ ita vbi est qd absolutū. Et arguit̄ q̄ nō. ❡ Prio. Ubi/nihil est aliud/nisi forma acqsita ꝑ motū localē. Sꝫ locꝰ nō est forma sic acqsita: ḡ locꝰ non est vbi. Maior ꝑbat̄: q2 moueri localr̄ est moueri ad vbi. Minor ꝑbat̄. Forma acqsita ꝑ motū ⁊ motꝰ sunt eadē res: vt supra ꝑbatū fuit. Sꝫ locꝰ non est motꝰ localis: ḡ nō ē forᵃ acqsita ꝑ motū. Maior pꝫ. minor ꝑbat̄. Ois motꝰ ē i mobili. sꝫ locꝰ nō ē i mobili sꝫ i locāte: vt dr̄ 4ᵒ phy. tex. cō. 17. ergo ⁊c.

Scda rō. ❡ 2ᵒ. Locus est nō exn̄te motu. ḡ motꝰ nō est locus. Consequētia pꝫ. Añs ꝑbat̄: q2 si ꝑducat̄ nūc de nouo corpus graue in cōcauo orbis lune: ipm̄ mouetur ad locū deorsuꝫ/q̄ ꝑus erat añq̄ȝ illō corpꝰ ꝑduceret̄.

Tertia rō. ❡ 3ᵒ Si motꝰ ⁊ locus sunt idē. sequr̄ q̄ motꝰ ɔ̃ꝛȳ sunt vnū iter se. Sꝫ hoc est aperte falsuꝫ. Tuꝫ q2 iter eos cadit qes media 8ᵒ phy. tex. cō. 63. Tuꝫ q2 nulla opponit̄ sibiipsi. ḡ ⁊c. Consequētia ꝑbat̄. q2 sup vna magnitudine siue in eodeꝫ loco pōt mobile moueri ab vna pte ad aliā: ⁊ postea redire ad eandē a qua prius recesserat.

Quarta ratio. ❡ 4ᵒ. Sequit̄ q̄ ideꝫ nūero motꝰ pt reparari postq̄ȝ corruptꝰ est. Sꝫ hoc est falsuꝫ: ergo. Consequētia ꝑbat̄. Si mobile moueat̄ sup eūdē locū in quo ꝑus mouebat̄: ex quo eniꝫ est idē nūero locus. sequr̄ q̄ motꝰ hodie factꝰ/sit idē nūero cū eo q̄ fiebat heri. cū ꝑ te motꝰ ⁊ locꝰ sint idē.

Quita rō. ❡ 5ᵒ. Diuisibilitas ɔ̄uenit motui ꝑ aliud. s. ꝑ spatiū siue locuꝫ ⁊ ꝑ mobile. vt dr̄ 6ᵒ physi. tex. cō. 5. ḡ motꝰ est aliud a loco.

Sexta rō. ❡ 6ᵒ. Motꝰ celi est cā eorū que inferiꝰ gñant̄ur. vt dr̄ 2ᵒ de gñatione tex. cō. 56. Sꝫ locꝰ quē celū acqrit per motū suū/nō est cā gñatiōis. ḡ motus nō est locus.

Septima ratio. ❡ 7ᵒ. Si tm̄ vnū corpus eēt in rerum nā. adhuc p̄mus motor posset ipm̄ mouere. Sꝫ tūc nullus eēt locus ꝑ casum posituꝫ. ergo motꝰ non est locus. Pꝫ ɔ̄ñtia: quia non est possibile q̄ idē simul sit ⁊ nō sit. Antecedens probatur. quia in p̄mo motore eēt virtus motiua: ⁊ in illo corpore esset potentia ad moueri.

Pria cōclusio. Mobile motu locali acquirit locū tm̄.

Respondeo duabꝰ ɔ̄nibus: q̄rū p̄ma hec est. Mobile nihil acqrit ꝑ motū localē/nisi locum. Istā ɔ̄nē fuisse de mēte S. Tho. ꝑbo ex duobꝰ locis. ❡ Primo. q2 p̄ma. q. 110. sic dicit. mobile ꝑm locū/non est in poᵃ ad aliqd itrinsecū inquātū hꝰ: sꝫ solū in poᵃ ad aliquid extrinsecū. s. locuꝫ. Ex qbus verbis sic arguit̄. Nulla res acquirit̄ in mobili nisi ad quā fuit in poᵃ. Sꝫ non fuit in potētia nisi ad locū: ḡ acqrit tm̄ locuꝫ. ❡ 2ᵒ. q2 de poᵃ. q. 6. ar. 3. sic ait. Motꝰ localis est p̄mus ⁊ ꝑfectissimꝰ motuū. vtpote q̄ nō variat rē quo ad itrinseca rei: sꝫ solū quantum ad aliqd extrinsecū. s. locū. ❡ 3ᵒ. Si ꝑ motuꝫ localē acqrit̄ in mobili aliqua entitas. aut ipsa est absoluta. aut est respectus. Nō entitas absoluta: q2 nō apparet qd illud sit vt ab oībus concedit̄. Nō respectus: q2 ad respectū nō est per se motus 5ᵒ physicoꝝ. tex. cō. 10.

Cōclo 2ᵃ. ❡ 2ᵃ ɔ̄. Ubi nō est res distincta a loco. Probat̄. ❡ Primo. Mobile ꝑ motū nihil acqrit nisi locuꝫ. vt pꝫ ex p̄ma ɔ̄ne. Sꝫ acquirit ēt vbi: aliogn motꝰ localis nō diceret̄ motꝰ ad vbi. ḡ vbi nō est res distincta a loco. ❡ 2ᵒ. Ista p̄dicatio. Locatū est in loco. pertinet ad aliquod predicamentuꝫ. sed non pertinet ad aliud nisi ad predicamentum vbi: ergo locus ⁊ vbi sunt idem. Maior pꝫ. q2 oē p̄dicatū reale ptinet ad aliqd genus: alioquin Phs nō sufficiēter tradidisset modos p̄dicādi. Minor ꝑbatur. Si ptinent ad aliud p̄dicamētū illud eēt p̄dicamentū quātitatis. Sꝫ hoc est falsum. ergo ⁊c. Consequentia pꝫ. Falsitas ɔ̄ñtis probat̄. Tum q2 quātitas denominat tm̄ itrinsece. locus aūt nō denominat locatū itrinsece. Tum q2 q̄ntitas nō denominat nisi cui dat eē q̄ntū: locus aūt nō dat esse q̄ntū locato. Tuꝫ q2 idē corpꝰ nō pōt simul eē quātum duabꝰ quātitatibꝰ eiusdē rōnis: locatū aūt est q̄ntū sup̄ficie ei itrinseca. ḡ nō est quātū sup̄ficie corporis locātis que est locus.

Nōnᵐ pᵐ. ❡ Sꝫ pro maiori notitia huiꝰ ɔ̄nis. Sciēdū est q̄ lꝫ locꝰ ⁊ vbi sunt eadē res: tñ rōne distiguunt̄: q2 locus vt locus nihil aliud dicit nisi sup̄ficiē vltimā corpis cōtinētis: vbi aūt requirit aliqd extrinsecū ⁊ aliquē respectū. lꝫ ipm̄ nō significet in recto. sꝫ in obliquo. Nā iter locatū ⁊ locū: est relō cōtēti ad ɔ̄tinēs: qua p̄supposita: tūc locus hꝫ rōnē vbi.

Nōnᵐ 2ᵐ. Denominatio 3ʳ fit. ❡ Sciēdum 2ᵒ q̄ triplr̄ pōt aliqd denominari. Aliq̄ enim est denominatio ab aliquo itrinseco ipsi: vel ꝑ idētitatē vel ꝑ inherētiā ipsi denominato. qd quidē itrinsecum denominat ipsuꝫ in se ⁊ absolute. Hoc mō denomināt tria p̄ma p̄ita. Alia est denominatio a forma itrinseca: que tm̄ iportat aliqd extrinsecū. vt terminū/⁊ hoc modo denominat relatio suuꝫ subm̄. Alia est denominatio ab aliquo qd nō est formalr̄ in eo qd denominat̄/⁊ hoc modo denominant. 6. vltima p̄ita: de actione ⁊ passione supra dictū fuit. Silr̄ locatū denominat̄ a loco qui nō est in eo. ⁊ res dicit̄ calciata ab habitu qui nō est ei inherēs. Ista aūt res a qua quis denominat̄ calciatus: vestitus: armatus: ⁊ hꝰ pōt esse subā que habet rōneꝫ accidētis/quo ad p̄dicationē: q2 per accidens denominat rē que ipsam habet.

Ad p̄mū. **Ad argumenta** rn̄detur. Ad primū negat̄ minor. Ad probationē dico q̄ motus localis ⁊ locus sunt idē: sed vt est in acqri dicit̄ motus. ⁊ vt est in eē ꝑmanēti dicit̄ locus. Ad huius iprobationeꝫ dico q̄ non opꝫ oēm motū eē in mobili. nisi ēt forma acqsita sit in eo subiectiue: qd nō cōtingit in motu locali: dicit̄ tm̄ ois motus eē in mobili. q2 ipsum denominat. Nā effectus formalis ⁊ forma se inseparabilr̄ ɔ̄sequunt̄.

Distictio. ❡ Duplex est aūt effectus formalis. Primus est eē/qd forᵃ dat suo subiecto: ⁊ iste dicit̄ ꝑprie effectus formalis. Alius effectus formalis. lꝫ nō ita ꝑprie est denominare: quādo ergo forma denominat aliquid. lꝫ nō det ei aliqd eē: pōt tñ aliquo modo dici eē in eo.

Ad scdm. ❡ Ad 2ᵐ. Dico q̄ quādo mobile non mouetur ad aliquē locū: tunc est illa res que est motꝰ localis: sed tunc nō habet rationē motus. q2 nō est in acqri.

Ad tertiū. ❡ Ad 3ᵐ. Dico q̄ sic silitudo ⁊ dissimilitudo fundate sup candē albedinē sunt vna res: nō tñ sunt vna relatio. sed due: quia distinguuntur in ratione relonis: ita duo motus contrarij

facti sup eundē locū p̄cise sunt vna res.si sunt duo mot⁹. Possunt enim vni rei cōuenire due rōnes formales disti cte:aut numero:aut spē:ꝑm q̄ intell's illaȝ rē diuersimode cōcipit.

Ad q̄rtū ¶ Ad 4^m negat̄ ꝯn̄tia.Qꝛ dum mobile cessat mo ueri/ꝛ quiescit/nō corrumpit̄ illa res que est motus:ꝫ pro

Ad q̄ntū tunc ipsa nō sit motus. ¶ Ad 5^m. Dicit̄ q̄ cū diuisibilitas conuenit motui p̄ locū nō cōuenit ei per aliud ꝑm rē:sed per id qđ est aliud ꝑm rōnem:ꝓprie autē conuenit motui diuisibilitas p̄ spatiū.vt dicit̄ .6.physi.tex.cō.5.Cōstat aūt q̄ spatiū nō est ipsemet locus.sed est quid corporeū.Et si dicat̄ ei ꝯuenire ex loco:hoc ideo erit.qꝛ locus ꝓprius hꝫ tam rōnem loci q̄ꝫ rōnem motus.ꝛ ideo diuisibilitas hui⁹ rei inquātū est motus ꝓ̄supponit diuisibilitatē eiusdeꝫ rei

Ad 6^m inquātum est locus. ¶ Ad 6^m negat̄ maior.Motus.n.nō est cā efficiēs aliq̄d:sed celū vt est coniunctū motui/causat hec inferiora:ita q̄ mot⁹ nō ꝯcurrit in rōne cause nisi tāq̄ꝫ id sine quo celuꝫ nō causaret:sicut ēt approximatio requi/

Ad 7^m rit̄ ad hoc q̄ agēs nāle agat in passuꝫ. ¶ Ad 7^m negat̄ ma ior.Sicut eniꝫ est impo'e simpl'r q̄ aliq̄d sit albū ꝛ nō ha beat albedinē:qꝛ esset separare formā ab effectu formali. ita īpossibile est.ꝛ contradictionē implicat q̄ aliquid mo/ ueatur localiter.ꝛ nō sit in aliquo:qꝛ moueri localiter/ni/ hil aliud formaliter dicit:nisi moueri in loco.

¶ Utrū Ubi distinguat̄ real'r a loco. Qō.XLI.

Cap.vbi supra. **Queritur** 41°. Utrū etiā teneri possit q̄ Ubi sit q̄d distinctū real'r a lo

Pria rō. co.Sicut tenuit Joan.capreoli.Et arguitur q̄ non. ¶ Primo. Quia Cōmē.4° phy.cō.34. dicit q̄ Phs intēdit distinguere inter locatuꝫ esse in corpore:qđ est vbi eius:ꝛ inter parteꝫ eē in toto.Ex quo pꝫ q̄ locus corporis locati est vbi ei⁹.Et 5° metaphy. cō.28.dicit q̄ ꝑm q̄ locus hꝫ locatū est p̄dicamētū vbi:q̄

Scđa rō. vbi est loc⁹. ¶ 2°. Celuꝫ mouet̄ local'r.Sꝫ celū nō acq̄rit aliqđ vbi.ergo p̄ motū localē nō acquirit̄ vbi.Maior pꝫ ad sensum.Minor est Silberti q̄ exp̄sse dicit vltimā sphe

Tertia rō rā nō hr̄e vbi:qꝛ non hꝫ a quo ꝯtineat̄. ¶ 3°. Sequitur q̄ oē qđ mouet̄ localiter/simul moueret̄ distinctis motibus: ꝛ eēt dare q̄ntum genus motuū inter ea que ponit Phs.5. physi.tex.cō.18.Sꝫ hoc exp̄sse est falsuꝫ.ergo ꝛc̄.Cōseq̄ntia probat̄.Distinctio motuū est ꝑm distinctionē termino rū.vt dr̄.5.physi.tex.cō.32.Sꝫ vbi ꝛ locus sunt p̄ te res di stincte.ergo moueri ad vbi/ꝛ moueri ad locū sunt distincti motus. ¶ Jtē.Mot⁹ ad locū nō ꝑtinet p̄ te ad p̄dicamē/ tū vbi.nec ad qualitatem:qꝛ locus nō est qualitas.Nec ad q̄ntitatē:qꝛ mobile p̄ motū ad locū nō auget̄ nec minuit̄. Nec ad subām:qꝛ locus nō est suba:ergo ad aliud p̄dica/

Quarta ratio. mētum. ¶ 4°. Si vbi est respect⁹ locati ad locū.sequit̄ q̄ sit de gñe re'onis:ꝛ per ꝯñs nō erit vnū p̄dicamētū.ꝫ cō/ tinebit̄ sub p̄dicamēto ad aliq̄d.Probat̄ ꝯn̄tia.Relatiua dicunt̄ ad ꝯuertentiā.vt dicit Phs in p̄dicamētis.Sꝫ re/ latio loci ad locatū ꝑtinet ad p̄mū modū relatiuorū:qꝛ est relatio ꝯtinētis ad cōtentuꝫ:ergo etiā respect⁹ locati ad lo

Quinta rō cū pertinet ad genus relationis. ¶ 5°. Querere vbi est sor/ tes ꝛ in quo loco est sortes est idē:ergo locus ꝛ vbi sūt idē. Pꝫ ꝯn̄tia:qꝛ nō dr̄ esse eadē questio ꝛ interrogatio.nisi qꝛ est de eadē re.Añs pꝫ:ex cōi vsu loquentiū.

Duo fac. **Respondeo** Jn ista questione duo sunt faciēda. Primo dicet̄ in cōi de quatuor vlti/ mis generib⁹ simul.Scđo dicet̄ in sp̄ali de vbi. ¶ Quan tū ad p̄mum adducit iste doctor quedaꝫ tractatū qui ascri bit̄ .S.Tho.de re'onibus.ꝫ nō cōstet q̄ sit eius.sicut nec multa opuscula que attribuunt̄ ei:in illo libro ponunt̄ p̄n

Nō hic. Pria ꝯ° Probat̄ q̄ vltia p̄. cipaliter due ꝯ̄nes.Quarū prima hec est.Quatuor vltima p̄dicamēta significāt respectū.Probat̄ ista ꝯclusio ex eoꝝ diffōnibus:sicut supra arguebat̄.Naꝫ.Qñ/nihil aliud est

nisi adiacētia tp̄is.Ubi ꝟo est circūscriptio corporis/ex loci circūscriptiōe procedēs.Positio aūt est quidā situs ptiuꝫ. Habitus ꝟo est adiacētia corporis ꝛ eorū que circa corp⁹ sunt.Quō aūt se habeāt isti respectus ꝯsiderandū est.Pe/ nes enim adiacētiaꝫ tp̄is ad rē tēporalē.sicut mensure ad mensuratū oritur respect⁹:penes ꝟo adiacētiaꝫ loci ad to/ tum corpus locati.ꝑm q̄ locus ꝯtinet ꝛ locatuꝫ cōtinetur. causat̄ respect⁹ vbi:ꝛ penes adiacētiā loci ad ptes locati ꝛ partiū adinuicē:ꝛ ad locū causat̄ positio.Ordo eniꝫ ptiuꝫ in toto/est dr̄ia quantitatis:sed ordo partiū in toto ꝓut ille ordo ꝛ ip̄m totū respiciūt locum/faciūt vnū p̄dicamētum p̄ se:ita q̄ vbi ꝛ positio fundant̄ sup continētia passiua lo cati ꝛ partiū eius a loco.Habere aūt siue habit⁹ fundatur sup continētiā ꝑm quā ꝯtentum dr̄ habere cōtinēs:ꝛ conti nēs dr̄ haberi a cōtēto.Unde Cōmē.5.metaphy.cō.28.sic dicit:dicere q̄ ꝯtētuꝫ hꝫ continēs.est sicut animal habere cutem:ꝛ arborē habere corticē:ꝛ hoc est p̄dicamētum ha/ bitus.Cyphum aūt habere aquā:ꝛ ciuitateꝫ habere hoīes ēt ecōuerso.s.ꝑm q̄ cōtinēs hꝫ contētum:ꝛ ꝑm hunc mo/ dū dicit̄ q̄ locus hꝫ locatū:ꝛ hoc est p̄dicamētū vbi. ¶ 2° Probat̄ eadē cōclusio:qꝛ Cōmē.5° metaphy.in fine eius/ dē cō.28.sic dicit.Numerus respectuū qui demonstrat̄ p̄ habere/est ꝑm numerū respectuū qui demonstrat̄ p̄ hanc dictionē in.sed hec ꝓpositio in.dignius dr̄ de respectu con tēti ad continēs:ꝛ hoc verbū habere/dignius dr̄ de respe/ ctu continētis ad contētum.Ex quib⁹ pꝫ expresse q̄ Cōm̄. dicit quomodo ista significāt respect⁹. ¶ 3°. Ad idē argui tur:qꝛ Cōmē.5° metaphy.cō.25.dicit:q̄ habit⁹:puta vesti/ tio/est qđdaꝫ mediū inter habētē ꝛ rē habitā.Et.S.Tho. idē cōfirmat 5° metaphy.capitulo de habitu.Sꝫ nō appa ret quid sit aliud mediū nisi respect⁹.Non enim est real'r actio aut passio/nisi forte ꝑm modū significādi:ergo habi/ tus ꝛ similiter illa alia tria genera dicunt respectum. ¶ 2ª

Scđa. Reln. signific. a quo distingui. tu. de gñe relationis. conclusio.Jsti respectus non sunt de genere re'onis.Pro/ batur. ¶ Omnis respectus de gñe re'onis fundatur ime/ diate sup rē absolutaꝫ vt patuit supra.Sed isti nō fundan tur sup rem absolutā imediate.ergo nō sunt de genere re/ lationis.Maior pꝫ.ꝛ minor declarat̄.Nam sup relatione reali locati ad locū/que re'o est de genere re'onis/fundat̄ ille respectus qui dr̄ vbi:ꝛ ita vniformiter de alys est dicē/ dum.Et ideo ad talē respectuꝫ/qualis est vbi/pōt eē mot⁹ p̄ se:ꝫ nō sit ad genus relationū.Dico tñ q̄ nunq̄ꝫ acquiri tur vbi in locato/nisi prius acquiratur aliqđ absolutū.nō quidē intrinsece.sed extrinsece.s.locus. ¶ Ex hac conclu/ sione sequitur corollarie:q̄ ista quatuor genera sint mino ris entitatis q̄ꝫ relatio.Qđ pꝫ:qꝛ in ea fundant̄.sicut etiaꝫ relatio dicit̄ minoris entitatis in sua rōne formali/q̄ꝫ en/ tia absoluta:quia in eis fundatur.

Scđa p̄s q̄onis. Duplex vbi. **Quantum** ad 2^m p̄mitto:q̄ dum mobile mouetur local'r est ei assignare duplex vbi.Pri/ mū est vbi indiuisibile:qđ nō dicitur idiuisibile eo modo quo pūctus qui nullas hꝫ partes:sed dicit̄ idiuisibile quo ad ꝑmanentiaꝫ:quia ꝫ sit extensum p̄ totuꝫ corpus.mobi/ le tñ cōponitur ex partib⁹ simultaneis.quarū vna eē non pōt nisi altera sit.ꝛ ecōtra.Sicut enim totū mobile corrñ/ det toti loco.ita partes mobilis corrñdent partib⁹ loci ꝓ/ pry ꝛ adequati.ꝛ sil'r vbi respect⁹ est correspōdet toti loca to:ꝛ toti loco ꝛ partes eius correspondēt partibus locati ꝛ loci.vtputa linea linee/punctus puncto:ꝛ sic de alys.Jstō aūt vbi nihil est aliud nisi mutatū esse.Scōm est vbi diui sibile ꝛ cōpositum ex partibus sibi succedētibus/quēad/ modum tēpus ex hꝫ partibus cōponitur.Nam sicut mo bile in qualibet parte tēporis mensurantis motuꝫ localē/ est in loco maiori se ꝛ nō in loco sibi adequato.aliogn ge/ sceret.ita in qualꝫ parte tēporis hꝫ vbi corrñdens illi loco

maiori

maioꝛ. Nec est hꝰ vbi nisi ipse motꝰ localis: ꝛ se habet ad
ꝑmum vbi nõ vt totum ad partẽ. sed vt continuum ad sui
(Prĩa cõclusio 2ᵉ prĩe questionis. Ubi idiuisibile acqrit i istãti.) cõtinuatiuũ: ꝛ p̄cise sicut instãs ad tẽpus. ¶ His decla-
ratis: hec est ꝑma cõclusio. Ubi idiuisibile acqritur in in-
stãti: ꝛ põt ẽt dici ꝙ acqritur in tẽpoꝛe / diuersimode expo-
nẽdo acquisitionẽ siue inceptionẽ. Si eniȝ exponit̃ ꝑ posi-
tionẽ de p̄nti ꝛ negationẽ de p̄terito. sic dico ꝙ acquirit̃ in
instãti. Nullũ enim est assignare instãs in toto tp̃e mensu-
rante motũ in quo nõ sit verũ dicere hoc mobile nunc hȝ
aliqđ vbi siue aliqđ mutatũ esse: qđ imediate ante hoc non
habebat. Qđ ꝓbo: q̄ꝛ si haberet idẽ vbi nunc qđ prius ha-
bebat. sequit̃ ꝙ quiesceret: cũ qescere nõ sit aliud nisi se ha-
(Nõ hic.) bere nunc. vt prius. Si ꝰo exponit̃ acqri per negationeȝ
de p̄terito. sic dico ꝙ acquirit̃ in tp̃e. Naȝ in toto tp̃e p̄ce-
denti acquirebat̃ istud mutatũ esse: sicut ẽt dum in intẽsio-
ne introducit̃ aliqs gradus foꝛme: ille gradus acquirebat̃
in toto tp̃e. ꝛ in qualibet ꝑte tẽpoꝛis p̄cedẽtis exñtiaȝ illiꝰ
gradus foꝛme. Et sicut dictũ est ꝙ acquirit̃ in instãti ꝛ in
tp̃e. ita dici põt ꝙ deperdit̃ in instãti: q̄ꝛ nunc est ꝛ imedia-
te post hoc nõ erit. Põt ẽt dici ꝙ ꝑdit̃ in tẽpoꝛe: q̄ꝛ nõ est
assignare ꝑmũ instãs sui non esse. sed ꝑmuȝ tempus: vnde
perdit̃ in tẽpoꝛe exponẽdo per negationeȝ de p̄nti ꝛ posi-
(Impugnat̃ hec cõclo.) tionẽ de p̄terito. ¶ Cõtra istam ꝯnẽ arguit̃ ꝑmo. In qua-
libet re nõ successiua que desinit esse / est assignare primuȝ
(Primo) nõ esse: vt probat̃. 8. phyſi. tex. cõ. 67. Sȝ istud vbi est ꝑ te
nõ successiuũ. ergo est dare primũ instãs sui nõ esse. ¶ 2°.
(Scđo) Sit. a. coꝛpus quiescens. ꝛ sit. b. vbi. in quo quiescit: postea
icipiat. a. moueri. Tu dicis ꝙ perdet. b. in instãti / ꝛ sit illđ
instans. c. Tunc sic. Aut. a. est in instãti. c. in. b. ſm se totum
ꝛ oẽs partes suas. aut nõ. Si sic. ergo non est mutatuȝ. a. b.
Si non est in. b. ergo est mutatũ ad aliud vbi ꝛ sit illud. d.
Tunc sic. Aut. d. est idiuisibile. aut diuisibile. Nõ indiuisi-
bile: q̄ꝛ in motu locali ꝯtinuo nõ est dare primũ magnitu-
dinis ad qđ mobile sit mutatũ. siuẽ nõ est dare primũ mu-
tatum esse. Itẽ motus nõ esset cõtinuus: q̄ꝛ vnũ indiuisibi-
le nõ cõtinuatur alteri. Nõ est etiaȝ dicẽdum ꝙ sit diuisi-
bile: q̄ꝛ in motu cõtinuo cuiuslibet partis diuisibilis prius
acquirit̃ pars / ꝛ nõ acquirit̃ tota simul. vt probat̃. 6. phy.
(Tertio) tex. cõ. 27. ¶ 3°. Aut. a. in instanti. c. in quo ꝑdit. b. acquirit
vnuȝ aliud vbi aut nõ. Si non. ergo. a. nõ mouet̃ nec per-
dit. b. q̄ꝛ impoſ̃e est perdere terminuȝ a quo. nisi acquirat̃
terminus ad quẽ. Si sic: sit tale vbi. d. Tunc sic. Aut. a. per-
dit. d. in instãti. c. aut non. Si nõ: ergo per tẽpus est in vbi
d. ꝛ per ꝯsequẽs nõ mouetur cõtinue: vel si mouet̃ nullaȝ
talẽ rem perdit vel acquirit que dicat̃ vbi: ꝛ sic habet̃ p̄n-
cipale ꝓpositum. Si sic: ergo. d. in eodeȝ instãti est acqui-
(Confirᵒ.) situm ꝛ deperdituȝ: ꝛ sic simul est. ꝛ non est. ¶ Confirma-
tur. Quia sequit̃ ꝙ coꝛruptio. d. imediate succedat genera-
tioni. d. cuius oppositũ probat Phs 8° physi. ꝛ Cõmẽ. cõ.
63. ¶ Confirmatur 2°. Quia si in instanti. c. a. acquirit. b. ꝛ
acquirit. d. quero vtrũ in eodẽ instãti. c. in quo etiam dicis
ꝙ perdit. d. acquirat aliud vbi. Si nõ: ergo mouetur sine
acquisitione vbi: qđ erat primo probandũ. Si sic: ergo sic
ꝓcedendo ꝛ arguendo in instanti. c. acquirit oia vbi: ꝛ per
(Quarto) ꝯñs motus est in instanti. ¶ 4°. Si. a. dum perdit. b. indi-
uisibile acquirit. b. indiuisibile: ꝛ dum ꝑdit. b. acquirit. d. se-
quitur ꝙ totus motus sit cõpositus ex mutatis eẽ: cuiꝰ op-
positum demonstrat̃. 6. physi. tex. cõ. 3. pȝ ꝯñtia: q̄ꝛ ille per
(Ad ꝑmũ Durãtia ꝑ instãs non hñt pᵐ nõ eẽ sui siue ꝑmanẽtia siue successiua sint.) te sunt mutata esse. ¶ Ad primuȝ negat̃ maioꝛ: in his que
durant tm̃ per instans. Ea enim que nõ incipiunt nec desi-
nunt esse nisi per inceptionẽ ꝛ desitionẽ alioꝝ: non habẽt
primũ nõ esse. sed vltimũ esse: vt pȝ in multis relationibꝰ.
Si enim. a. ꝛ. b. sint duo coꝛpoꝛa equalia ꝛ incipiat vnum
eoꝝ augeri / altero non aucto. cõstat ꝙ in primo instanti
tẽpoꝛis mensurantis illud augumẽtũ equalitas est: ꝛ ime-
diate post hoc nõ erit. Ista autẽ indiuisibilia. s. mutatũ eẽ
ꝛ punctus ꝛ hꝰ / nõ incipiunt nec desinunt esse nisi ꝑ ince-
(Ad scđm) ptionẽ ꝛ desitionẽ alioꝝ. ¶ Ad 2ᵐ. Dico ꝙ. a. in instãti. c.
in quo perdit. b. vbi. indiuisibile: acquirit aliud vbi / nõ q-
dẽ indiuisibile. q̄ꝛ talia duo nõ sunt imediata. sed acquirit
vbi diuisibile ꝑ negationẽ de p̄senti ꝛ positionẽ de futu-
ro. Istud etiam vbi diuisibile acquirit in tẽpoꝛe sequẽti. c.
per positionẽ de p̄senti ꝛ remotioneȝ de p̄terito. Ad huius
iꝓbationẽ dico ꝙ nulla pars magnitudinis ꝛ nulluȝ di-
uisibile põt acquiri totũ simul in instãti per positioneȝ de
p̄senti: potest tm̃ in instãti acquiri per negationẽ de p̄senti /
ꝛ positionẽ de futuro dicẽdo. hec pars nunc non est. ꝛ ime-
diate post hoc erit: nã imediate post hoc erit tẽpus. ¶ Ad
3ᵐ. Dicit̃ ꝙ. a. in. c. perdit. b. idiuisibile ꝛ acquirit. d. vbi di-
uisibile. Nec istud improbat̃. Sed quia in illo argumẽto
tangit̃ an aliquod idiuisibile possit in eodẽ instãti acquiri
(Rñsio cuacuãs.) ꝛ deperdi. Respõdeo ꝙ sic. Nã incipit esse per positionẽ
de p̄senti ꝛ negationẽ de p̄terito: desinit aũt esse ꝑ positio-
nẽ de p̄senti ꝛ negationem de futuro. Nec est inconueniẽs
ꝙ generatio ꝛ coꝛruptio in hꝰ rebꝰ imediate sibi succedãt.
¶ Ad 4ᵐ negat̃ ꝯñtia: q̄ꝛ hꝰ vbi idiuisibilia nõ sũt pars
motus. nec vnũ est alteri imediatũ: sȝ bene verũ est ꝙ ipa
cõtinuant ꝑtes motus adinuicẽ: ꝛ dato ꝙ omnia vbi eẽnt
indiuisibilia / adhuc motus haberet cõtinuitatẽ ex cõtinui-
(Scđa ꝯᵒ.) tate loci. ¶ 2ᵃ cõclusio. In toto motu continuo ꝛ in quoli-
bet instãti tẽpoꝛis mensurãtis motum localeȝ est cõtinue
aliud ꝛ aliud vbi indiuisibile. probat̃. Necesse est variato
termino variari respectuȝ. Sed cõtinue variatur terminꝰ
in motu cõtinuo: ergo necesse est cõtinue variari respectũ
qui est vbi. Maioꝛ pȝ. ex dictis supꝛa. Minoꝛ ꝓbat̃. Naȝ
terminus huius respectus est locus: constat auteȝ ꝙ cõti-
nue est alius ꝛ alius locus pꝛopꝛius. Nec est assignare duo
instãtia / in quibus mobile sit in eodẽ loco ſm se totũ ꝛ ſm
(Tertia ꝯᵒ) oẽs partes suas: alioquin quiesceret. ¶ 3ᵃ conclusio. Ubi
diuisibile nõ acquirit̃ totum simul: sed per partẽ post par-
tẽ. ¶ Sed quia acquiri per partẽ post partẽ põt esse mul-
tis modis: ideo vt sit clara illa cõclusio: pono quatuoꝛ ꝓ-
(Prĩa ꝓpõ) positiones. Quarum ꝑma hec est. Ubi diuisibile nõ acqri-
tur partibiliter ſm partes mobilis. Probat̃. Si vna pars
mobilis prius acquirit vbi q̄ȝ alia: puta / pars. a. q̄ȝ pars. b.
aut. b. habet illđ vbi qđ prius hẽbat: ꝛ sic sequit̃ ꝙ ipsa nõ
moueat̃: q̄ꝛ omne qđ mouetur habet vbi qđ ante nõ habe-
bat. Si autẽ vna non mouetur: ergo nec alia: quia vt dicit
Phs 5° metaphy. tex. cõ. 8. ipossibile est vnam partẽ cõti-
nui moueri. quin oẽs moueantur. Aut nõ habet idem vbi.
sed aliud. non tm̃ nouum vbi: ergo habet illudmet vbi nu-
mero qđ erat in alia parte: ꝛ sic accidẽs migrauit de subie-
(Scđa ꝓpõ) cto in subiectũ. ¶ 2ᵃ ꝓpositio. Ubi diuisibile non acquiri-
tur partibiľr ſm partes dimensionales simultaneas ipsiꝰ
vbi. Istaȝ ꝓpositionẽ sic intelligo. Cuȝ enim in mobili sit
vbi extensum ad extensionẽ mobilis. ipsuȝ mobile nõ inci-
pit habere vnaȝ partẽ. nisi habeat simul omnes. Qđ ꝓbo.
Ubi nõ ꝑdit̃ ꝑ ꝑtẽ post ꝑtẽ. g̊ nec acqrit̃ ꝑ ꝑtẽ post partẽ.
ꝯña pȝ. Antecedẽs probatur. q̄ꝛ si prius mouet̃ ab vna par-
te q̄ȝ ab alia. quero in qua ꝑte subiecti maneat illa alia ꝑs
a qua nõ mouetur. Aut enim manet in illamet parte mo-
bilis in qua prius erat. aut in alia. Si in alia. ergo accidẽs
migrauit de subito in subiectũ. Si in eadẽ. ergo illa ꝑs nõ
(Tertia ꝓpositio.) mouetur aliis motis: qđ est ipossibile. ¶ 3ᵃ ꝓpositio. Ubi
diuisibile non acqritur partibiľr ſm partes essentiales co
modo quo dicuntur partes eẽntiales ille ſm quas aliqua
foꝛma intẽditur. Probo. ¶ Primo generaľr: q̄ꝛ nõ datur
hꝰ partes foꝛme / vt alibi est probãdũ. ¶ 2°. Quicquid hȝ
hꝰ partes suscipit magis ꝛ minus. Sȝ vbi nõ suscipit ma-
gis ꝛ minus. vt dicit Gilbertus in capitulo de vbi. ergo ꝛc̃.

¶ Confirmatur. Quia nulla res dicit͂ magis eē in vbi ꝙ̄ prius fuerit. ¶ 3°. Quia duz acqritur noua pars eēntialis tunc pars ꝑexistēs manet. ergo mobile duz acquirit ꝑtem vbi nō mouetur. Añs pꝫ. Consequētia probat͂: qꝛ mobile hꝫ idē vbi qđ prius habebat. ¶ 4ᵃ ꝓpositio. Mobile acquirit vbi diuisibile ſm partes successiuas: quarū vna succedit alteri: ita ꝙ quelibet pars vbi/ informat totum mobile successiue. Ista ꝓpositio pꝫ a sufficienti diuisione. Naz vbi diuisibile acquiritur partibiliter ⁊ non ſm partes mobilis: nec ſm partes vbi simultaneas dimensionales: nec ſm partes eiusdem essentiales: ergo ſm partes dimensionales. sed sibi succedentes.

Quarta ꝓpositio.

Ad ꝑmā — **Ad argumenta** rñdetur. ¶ Ad ꝑmum dico ꝙ Cōmētator nō dicit vbi eē locū. imo dicit ipꝫ eē respectū. vt patuit sup̄. sꝫ dicit ꝙ corpꝰ habere vbi/ est ipm esse in loco: esse aūt in loco est habere respectū ad locū. ¶ Ad 2ᵐ. Dicit͂ ꝙ celū nō hꝫ locū a quo cōtineat͂: ⁊ per ꝯñs. nec hꝫ aliqđ vbi: vnde eius motus nō est vniuocus alijs motibus. Nec motꝰ dı͂ vniuoce de motu vltime sphere. ⁊ de motu aliorum. Unde dico ⁊ limito hanc ꝓpositionē ad istum sensum: quicqd mouet͂ ⁊ habet corpus a quo circūscribat͂/ acquirit aliqđ vbi. ¶ Ad 3ᵐ negatur vtraqꝫ ꝯñtia. Ad primā ꝓbationē dico ꝙ motus distinguunt͂ ex terminis totalibꝰ: vbi aūt per se/ nec locus ꝑ se/ sunt termini totales: nec vnū sine altero terminaret motū: sed vtrūqꝫ simul sunt vnus totalis terminꝰ. Ad ꝓbationē scđe ꝯñtie dı͂/ ꝙ motus ad locū ꝑtinet ad ꝑdicamentuz vbi: nō ꝙ locus sit spēs de genere vbi. sed qꝛ est ꝑncipium ꝑximū ipsorū vbi. ⁊ est eorum cōstitutiuū. ¶ Ad 4ᵐ. Dı͂ ꝙ falsum assumit: nō enim dico ꝙ vbi sit relatio locati ad locū. vel loci ad locatū. vel vtrūqꝫ sil': sꝫ dico ꝙ est respectꝰ fundatꝰ sup relōne locati ad locū: in ipso aūt loco nō est aliquis respectꝰ real' huic corrñdēs. ¶ Ad 5ᵐ. Dico ꝙ de vbi ⁊ loco simul querit͂: nō qꝛ sint vna res. sed qꝛ inseparabil'r cōcomitant͂ ⁊ vnū est de itellectu alterius. s. locus de rōne vbi. cuꝫ sit eius terminus. Nec possibile ꝙ deus suppleat causalitatē quā habet locus super vbi. ⁊ ꝙ faciat vbi sine loco: quia quādo effectus in sua ratione includit determinatā causam creatā: deus non potest supplere talē causalitatem. nisi ipse efficeret͂ creatura/ qđ est impossibile: sicut patet. ꝙ per nullaz potentiā potest fieri filiatio. nisi genitor filij sit in rerum natura.

Ad scđaz. Ad tertiā. Ad qrtā. Ad qntā.

¶ Et hec de quinto dicta sufficiunt.

¶ Incipit liber sextus.

¶ Principia ⁊ cause querunt͂ entiū circa hunc textum.

¶ Utrū solus metaphy. ꝯsideret qđquidest. Qō. I.

Queritur An solus Metaphysicus ꝯsideret de quodquidest: vel hoc ꝑtineat ēt ad sciētias speciales. Et videtur ꝙ quelibet sciētia ꝯsideret quodquidest. ¶ Primo. In qualibet sciētia cōsiderant͂ ꝑncipia/ qbus demonstrant͂ passiones de subiecto: vt dı͂ ꝑmo phy. tex. cō. ꝑmi. Sꝫ diffō est mediū in demonstratione: vt dicit Phs 2° poste. ⁊ ꝑmo de aīa. ⁊ Cōmē. 6. metaphy. cō. ꝑmo: ergo quelibet scientia ꝯsiderat diffinitionē/ siue qđqdest. ¶ 2°. Quidditas cuiuslibet nature: puta celi/ hoīs/ plante/ est qd specificū. Sꝫ metaphysicus nō ꝯsiderat tm̄ cōmunissima. ergo Metaphysicus non cōsiderat hꝫ quidditates: ⁊ per ꝯñs cōsiderantur in sciētijs specialibus. ¶ 3°. Euclides in primo diffinit punctum: lineaz. triangulū: ⁊ multa hꝫ. ergo ꝯsiderat qđquidest eorū. Patet ꝯñtia: quia diffinitio significat quodquidest. ¶ 4°. Philosophus 2° de anima inqrit quodquidest anime: ergo aliqua scientia particularis considerat quodquidest.

Prīa rō. T. cō. 11. Scđa rō. Tertia rō. Quarta ratio.

Respondeo In hac qōne primo dicet͂ titulus qōnis. Scđo rñdebitur ꝑ ꝯnes. ¶ Quātum ad primū duo sunt declarāda. s. que sint sciētie spāles: ⁊ quid sit ꝯsiderare qđquidest. Sciētie spāles distinguunt͂ per oppositū ad scias vles: dicunt͂ aūt sciētie vles ex duplici cā. Primo ex vlītate obti. s. ille que habēt vlissimū obiectū. cuiusmodi sunt Logica ⁊ Metaphysica: vt ingt Phs 4° huius. ⁊ Cōmentator cō. 5. Nam logica tractat de ente rōnis. qđ applicari pōt cuilibet rei. ⁊ eā ꝯsequi. vt est obtiue in itellectu. Metaphysica quoqꝫ est de ente. inquantū ens: qđ de oībus ꝑdicatur. Scie spāles dicunt͂. quaꝝ subiecta nō ꝯueniunt oibus: hꝫ sunt mathematice ⁊ nālis: quātitas enim ⁊ ens mobile nō ꝑdicant͂ de omni re. ¶ 2°. accipitur vlītas in sciētijs ex vlītate medij: ꝑ mediū autem intelligo ꝑncipia demonstrationū. que ꝑncipia sunt vlissima: sicut est Actꝰ/ Potētia/ Idē/ Diuersuz/ ⁊ multa hꝫ/ que ꝯsiderant͂ in demōstrationibus metaphysicis. ¶ Sciētie vo particulares dicunt͂ per oppositū ille que nō habent obm vlissimū ꝑdicatū de oibus. sed ꝯsiderant determinatū genus entiū: puta/ tm̄ q̄titatē. vt Mathematice: vel tm̄ corpora: vt nālis phia: ⁊ silr que demonstrāt ꝑ ꝑncipia limitata ⁊ ꝯtracta/ que nō circūeunt omne ens. ¶ 2°. Declarādū est quid sit aliquā sciaz ꝯsiderare qđquidest. Nā quodquidest. nil est aliđ nisi quidditas ⁊ natura rei/ significata per diffōnem. Cōsiderare vo hꝫ quidditatē duplr potest esse. Uno modo: qꝛ ꝑ habitum scie habet͂ cognitio/ que terminat͂ ad quidditatē subti. Alio modo: quia vtitur diffōne ad demonstrandū passiones de subiecto.

Quantum ad 2ᵐ ꝑncipale ponit Phs duas ꝯnes. Quarū ꝑma hec est. ¶ Omnis scientia ꝯsiderat ꝑncipia ⁊ causas sui subti. Hanc ꝯnez ꝓbat Phs tm̄ inductiue exēplificādo de medicina ⁊ de sciētijs Mathematicis. Sꝫ ꝓbatur rōne. ¶ In omni sciētia demonstratur aliqua passio de subto: vt pꝫ ꝑmo posteriorū. Sed id ꝑ qđ demonstrat͂ passio: est ꝑncipiū demōstrationis. ergo ois scia ꝯsiderat ꝑncipia ⁊ causas subti. i. obti sciētie: qđ obm est ipsa cōclusio: qꝛ ꝯ demonstrata est ꝓprie id qđ scitur. Et ꝙ ad hunc sensuz intelligēda sit ꝯclusio Phi patet. Tum qꝛ Cōmē. cō. ꝑ. huiꝰ sic ait. Scire aliqd cōstat ex scia causaꝝ. Quales aūt sint iste cause: declarat Phs ꝑmo posterioꝝ diffiniēs scire/ ⁊ dicēs ꝙ tūc cognoscimus ꝯclusionē/ cum cām cognoscimus per quā passio inest subto. Tuz ex verbis. san. Tho. 6. metaphysi. qui exponēs textum huius ꝯnis. dicit ꝙ aliqñ principia ⁊ cause in scia sunt magis nota quantū ad nos. vt patet in sciētia naturali in qua fiūt demonstrationes ꝑ effectus nobis notos: ergo effectꝰ ſm ipsum sunt cause ⁊ ꝑncipia. Sꝫ non sunt ꝑncipia ꝓductiua suarū causarū. ergo nō opꝫ per ꝑncipia intelligere ꝑncipia effectiua: nisi forte eo modo quo ꝑmisse dicunt͂ causa efficiēs notitie cōclusionis 2° physi. tex. cō. 89. sed ꝑ principia intelligit principia demonstrationū. Et postea subdit ꝙ notitia sensitiua nō habet ꝑncipia. qꝛ nō est discursiua. Constat aūt ꝙ notitia sensitiua hꝫ ꝑncipiuz efficiēs. Et ꝑterea patet ex dictis verbis/ ꝙ illud dicit͂ ꝑncipium a quo fit discursus: fit aūt discursus a premissis ad cōclusiones. Et quia diffinitio est ꝑncipiū in demōstratione: diffō aūt habet rōnez ꝑncipij formalis respectu diffiniti. sicut ⁊ qdditas quā significat. Humanitas enim est vt ꝑncipiuz formale hominis: qꝛ est id quo homo est hō: ideo ꝓcedere ex ꝑncipijs formalibus. ⁊ ea cōsiderare est cōmunissimū cuilibet sciētie. Si vo cōtingat subm habere alia ꝑncipia ꝑsertim itrinseca/ etiā ea possunt in sciētia cōsiderari. Unde nālis tractat de materia ⁊ forma que sunt ꝑncipia itrinseca rerū nālium. ¶ 2ᵃ cōclusio hec est. Lꝫ metaphysica cōueniat cum alijs sciētijs in hoc ꝙ est cōsiderare ꝑncipia:

differt

differt tm̄ ex parte subti:qꝛ metaphysica hꝫ pro subto ens
inquātum ens.i.considerat ens sub rōne cōmunissima en
tis.⁊ nō sub aliqua rōne cōtracta:alie ꝟo ꝯsiderāt tm̄ de/
terminatū genus entiuꝫ:puta tm̄ quātitatē vt Mathema
Quatuor corollaria
tice:vel tm̄ res mobiles:vt phīa nālis.Hanc conclusionē
nō opꝫ amplius ꝓbare:qꝛ de ea facta fuit supra spālis qō.
Primuꝫ corollariū
⁋ Ex ista ꝯne sequunt̄ quatuor corollaria.⁋ Primū co/
rollariū est istud:⁊ est ꝯclusio rn̄siua ad pncipalē qōnem.
Nulla pti clāris scia cōsiderat qōgdest.
Nulla scia pticularis ꝯsiderat qōquidest:sed metaphysica
ip̄m ꝯsiderat.Istā ꝯnez intelligo ad hunc sensuꝫ.q̄ in nul
la scia iuestigat̄ gdditas subti:⁊ q̄ absq̄ metaphysica nō
pōt haberi cōpleta notitia talis subiecti.Probat̄.⁋ Pri/
mo.Quelibꝫ scia pticularis p̄supponit gd rei sui subiecti.
Ca.p̄mo.
ergo nulla ip̄ꝫ inquirit.Pꝫ ꝯn̄tia.An̄s est Phi p̄mo poste
riorū.⁋ 2°.Inquisitio qōquidest.est p viaꝫ diuisionis:vt
probat̄ 2° posteriorꝝ:⁊ vt dicit Com̄.6.meta.cō.1.Sꝫ diui
sio est modus cōmunissimus ad specialia.Metaphysic⁹
aūt solus ꝯsiderat cōmunissima.ergo ⁊c̄.⁋ 3°.Ad ingren/
dū qōquidest dirigit̄ intell's p p̄ma p̄ncipia:puta/q̄ de q̄li
bet est vera affirmatio vel negatio:qꝛ istud saluat̄ in qua/
libet inquisitione ⁊ cōplexione p̄dicati cū subiecto.Sꝫ cō
siderare h⁹ p̄ncipia est ꝓprium metaphysici:vt pꝫ 4° hu
ius.ergo ⁊c̄.⁋ 4°.Quidditas rei haberi nō pōt nisi hēan/
tur oīa que cadunt in cōceptu gdditatiuo eius vt de se pꝫ.
Sꝫ ens qō est subm̄ metaphysice cadit in cōceptu gddita
tiuo cuiuslibet rei.Unde.S.Tho.dicit q̄ quelꝫ res hꝫ ex
sua gdditate q̄ sit ens.qꝛ.s.ens icluditur in gdditate.ergo
Nota.
sine ente nō pōt haberi qōquidest alicuius rei.Dico tm̄ q̄
metaphysicus lꝫ ꝯsideret vl'es cōceptus gdditatiuos.non
tm̄ ꝯsiderat totū qō pertinet ad qōquidest rerū:qꝛ nō cōsi/
derat genus ꝓpinquum:nec vltimaꝫ dr̄iam:metaphysici
eniꝫ nō est ꝯsiderare q̄ homo sit aial rōnale.sed q̄ homo
est ens ⁊ suba:cōpositus ex actu ⁊ potētia ⁊ h⁹.Un̄ supra
diximus q̄ nō ꝯsiderat gdditates rerū in pticulari:magis
tm̄ ad eum ptinet ꝯsiderare qōquidest ꝓpter rōnes supra/
dictas.Et iterū:qꝛ ipse docet quid requirat̄ ad qōquidest:
Secōm corollariū.
⁊ quō se hēat ad id cuius est:vt pꝫ 7° huius.⁋ 2m corolla/
riū.Quodgdest nō p̄t demonstrari de eo cui⁹ est.Probat̄
sic a Cōmētatore cōmēto p̄mo.circa mediū.Medium in
qualibet demōstratione est diffinitio.Sed ō qōgdest nō
habet̄ diffinitio:qꝛ diffinitionis nō est diffinitio.alioquin
iretur in infinitū:ergo qōquidest non potest demonstrari.
Tertiū corollariū.
⁋ 3m corollariū.Quedā sciētie certius demōstrāt q̄ꝫ alie.
Probat̄.Demonstratio p cām formalē/est certior demon
stratiōe per effectū cōtingentē.Sꝫ Mathematice demō/
strant semp per cām formalē.Naturalis ꝟo sepe p effect⁹
cōtingētes.ergo mathematice sunt certiores naturalibus.
Quartuꝫ corollariū
⁋ 4m corollariū.Nulla sciētia particularis probat suum
subiectū esse.Probatur.Eiusdē est determinare questio/
nem.An est/⁊ qōnem.Quid est.Sed nulla scia particula/
ris determinat questionē quid est:vt pꝫ ex primo corolla/
rio.ergo nulla scientia determinat qōnem an est.Minor
pꝫ.Maior est Phi p̄mo posteriorū.tex.cō.2.

Ad p̄mū
Ad argumenta Respondet̄.⁋ Ad primū cō/
ceditur q̄ quelibet scientia vti/
tur diffinitione:nulla tm̄ inquirit ⁊ venat̄ quidditateꝫ sui
subiecti.Quedā enim sciētie p̄supponunt q̄ gdditas subie
cti sit manifesta in metaphysica:puta Mathematicus nō
diffinit quantitatē:sed supponit q̄ sit diffinita.5.metaphy
Ad secōm
sice.⁋ Ad 2m negatur minor.Metaphysicus enim cōsi/
derat oēs reruꝫ spēs:vt dicit Cōmentator 6°.metaphy.cō.
Ad tertiū
p̄mo in p̄ncipio:lꝫ ꝯsideret eas i vniuersali.⁋ Ad 3m.Di/
citur q̄ scientia particularis nō diffinit suuꝫ subiectū ade/
quatū:pōt tm̄ diffinire aliqua que cōtinētur sub tali subie/
cto/assignando primū genus eorū ⁊ differentiā specificā.

Ad q̄rtū
⁋ Ad 4m dicit̄ q̄ in diffinitione anime ponitur actus:cō
siderare autē de actu non est Phi naturalis:cū actus repe
riatur extra entia mobilia.sed hoc pertinet ad metaphysi/
cū.Unde illa diffinitio rōne generis.s.actus est potius me
taphysica q̄ꝫ naturalis:qꝛ tamen ponitur ibi corpus orga/
nicum tanq̄ꝫ circūloquens differentiam propriam anime.
ideo vt sic est naturalis.

⁋ Utrū Aliqs actus intell's sit vere praxis.   Qō.II.

Queritur 2°.An aliquis actus intellect⁹
sit vere praxis.Et videtur q̄
Pria rō.
sic.⁋ Primo.Omnis actus itellectus/directi
uus alterius actus intellect⁹/mediāte actu vo/
luntatis est vere practicus:⁊ ille actus direct⁹
est praxis.Sꝫ aliqs est h⁹.ergo aliquis est praxis.Maior
pꝫ:qꝛ esse directibile nō cōuenit nisi praxi.Minor proba
tur:qꝛ si rō dictat q̄ honor sit studere/pōt volūtas iperare
Secda rō.
itellectui:vt eliciat itellectionē.⁋ 2°.Omnis operatio se/
quēs electionē ⁊ ꝯsiliuꝫ est praxis.Sꝫ aliqua itellectio se/
quit̄ ꝯsilium:pōt enim quis ꝯsiliari an honor sit studere.
Tertia rō.
ergo ⁊c̄.⁋ 3°.Omnis operatio de qua pōt haberi notitia
practica est praxis.Sed de aliqua itellectione pōt haberi
Quarta ratio.
notitia practica.ergo ⁊c̄.Maior pꝫ.Minor ꝓbat̄.Possuꝫ
enim scire q̄ nūc est studēdū ⁊ speculandū.⁋ 4°.Specu
latio que habet̄ p habitū logice/est praxis:ergo aliqua itel
lectio est praxis:ꝯn̄tia pꝫ.An̄s probat̄.Tuꝫ qꝛ illa specu/
Quita rō
latio nō est grā sui:sed ordinat̄ ad alias sciētias.Tuꝫ qꝛ est
directiua speculationis in alys scientys.⁋ 5°.Ois opatio
ad quā inclinat virtus appetitiua est vere praxis.Sꝫ aliq̄
virtus inclinat ad speculandū:multi enim pp amicitiam
studēt.vt doceant amicos:ergo aliq̄ speculatio est praxis.

Respondeo In ista questione:primo declarabit̄
quid sit praxis:⁊ quid sit speculatio.
Quid sit praxis.
Scdo dicet̄ ad quesituꝫ.⁋ Quātum ad primū dicit Cō/
mentator primo ethi.cō.p̄mo.q̄ Praxis ⁊ Endelechia s̄ꝫ
appropriatas significatiōes distinguunt̄.Naꝫ praxis idē
est qō operatio:endelechia ꝟo idē est qō act⁹.Constat aūt
q̄ operatio ⁊ actus distinguunt̄ sicut magis cōmune ⁊ mi
nus cōmune.Nā ois operatio est actus:non tamen omnis
Praxis 3r dicit.
actus est operatio.⁋ Pōt igit̄ praxis accipi tripl'r.Uno
modo general'r pro quacūq̄ operatione:⁊ sic nō accipitur
in ꝓposito:qꝛ praxis de qua loquimur.⁊ a qua dicit̄ habi
tus practicus.est operatio dirigibilis per habitū practicū.
Multe autē sunt operationes.que p habitus nostros non
diriguntur:sicut est motus grauiū ⁊ leuiū.Secūdo accipi/
tur tm̄ pro operatione que est in potestate voluntatis:siue
sit respectu finis.siue respectu eoruꝫ que sunt ad finē:⁊ sic
etiam nō accipitur in ꝓposito.quia cum volitio finis sem
per sit recta:vtpote naturalis volūtati nō oportet ponere
aliquē habitum ad eam regulandā.Tertio accipitur pro
operatione que est in potestate voluntatis respectu eorum
que sunt ad finē:⁊ sic accipit̄ in ꝓposito.Cum enim volū/
tas possit indifferēter eligere hoc vel illud:⁊ bene ⁊ male
⁊ imperare alys potētys.vt sic vel sic operetur.necesse est
q̄ in intellectu ponatur aliquis actus vel habit⁹/qui sit di
rectiuus illorū actuum voluntatis:cui actui vel habitui ta
les actus ꝯformen̄t:siue sint boni.siue mali.Nam notitia
qua quis scit bene furari diligit eum ad eligendum furari
hoc vel illud.⁊ hoc vel illo modo.⁊ ad hoc q̄ volūtas ipe/
ret alys potētys.vt sic vel sic exequātur furtum.⁋ Quid
aūt vere ⁊ ꝓprie sit praxis non inuenit̄.S.Tho.expresse
determinasse.Potest tm̄ ex verbis ei⁹ hri talis diffinitio.
Quid ꝓprie p̄xis
Praxis est operatio alterius potētie ab intellectu:siue est
operatio volūtatis nata dici ꝯformiter rōni recte.⁋ Dici/
tur p̄mo q̄ est operatio volūtatis:sed hoc pōt esse duplici
ter.Naꝫ aliqua est operatio voluntatis.qꝛ est elicita a vo/

luntate sicut est velle:amare:appetere ⁊ generalr̃ oĩs operatio subiectiue existẽs in volũtate. Alio modo dĩ aliqua operatio esse volũtatis.nõ q2 sit subiectiue in volũtate.sed q2 fit ab aliqua alia potẽtia mota p̃ iperiũ volũtatis:sicut est videre:ambulare:⁊ generalr̃ operatio cuiuslibet potẽtie/que in suo actu est obediẽs volũtati. ¶ Q2 aũt oĩs praxis sit actus volũtatis.vel elicitus vel iperatus. Probaẽ. Intell'is extensiõe fit practicus:vt dicit Phs 3° de aĩa tex. cõ.46.ergo tm̃ illa operatio est praxis.ad quã extẽditur intellectus. Sed itellectus nõ extendiẽ nisi ad actus aliaruz potẽtiarũ:q2 stando p̃cise in actibus intell'is.nulla est extẽsio intell'is.q2 non tẽdit extra se:ergo oĩs praxis est act⁹ alterius potẽtie ab itellectu. Et q2 de rõne praxis est q̃ sit in potestate volũtatis.ideo op3 q̃ sit act⁹ volũtatis. ¶ Ex h̃ sequiẽ q̃ operationes vegetatiue nõ sint praxes:qd̃ p3:q2 nõ subiacẽt iperio voluntatis. Sequiẽ etiaz q̃ opationes sensuũ inquantũ sunt necessarie. Nã si nullũ sit obstaculuz:nõ põt oculus nõ videre:iste inq̃ opationes non sunt praxes:q2 nõ subiacent imperio volũtatis. ¶ Dicit nata elici cõformiter rõni:q2 oẽ regulatũ ⁊ directũ/põt conformari sue regule:aliogn frustra ponereẽ regula.praxis aũt h3 regulari ⁊ dirigi per rõnẽ ⁊ notitiã practicã. ¶ Ex hoc sequiẽ q̃ oĩs praxis sit posterior itellectione. Qd̃ probaẽ: q2 oẽ regulatũ est posterius sua regula:praxis aũt regulaẽ p̃ intellectionẽ ⁊ per habitũ practicũ:⁊ sic p3:quid sit praxis. ¶ De speculatiõe aũt dico q̃ speculatio est actus siue operatio intell'is non ordinata ad aliquã operationẽ regulandã.que vere sit praxis:sed est sui grã. Per primũ excluduntẽ omnes operationes que nõ sunt operationes intellectus. Per secundum excluduntur omnes notitie practice.siue sint notitie actuales.siue habituales. Notitia eniz qua actu speculor quomodo debeaz ꝯstruere domũ/nõ ẽ p̃prie speculatio.de qua hic loquimur.l3 notitia practica. ¶ Ex hoc seq̃tur q̃ itellectio que est directiua intellectionis.que vere sit speculatio.nõ est practica:sicut speculatio ⁊ itellectio que habeẽ per habitũ logice/⁊ est directiua speculatiõis in alijs sciẽtijs:puta in metaphysica ⁊ nãli p̃hia. Per tertiũ oñditur q̃ finis speculationis nõ est aliq̃d ab ea distinctũ.l3 eniz oĩs speculatio ordineẽ ad beatitudinẽ tanq̃ ad finẽ:ipsa tñ speculatio nõ ordinaẽ ad constituendũ aliquid extra intellectũ. ¶ Et si dicaẽ q̃ ex hoc sequiẽ citharizationẽ eẽ speculatiuã.q2 p̃ eaz nihil fit qd̃ sit opus. Negatur ꝯñtia:q2 ipsa non h3 primã conditionẽ. Nõ eniz est operatio intellectus.⁊ sic patet primum.

Quid sit speclatio.

Instãtia

Pria ꝯ°. Delibera tio nõ est praxis.

Quantum ad 2m hec est p̃ma ꝯclusio. Deliberatio nõ est primo praxis. Probaẽ. ¶ Id qd̃ p̃mo est praxis est p̃mo in potestate volũtatis. S3 omnis deliberatio nõ est primo in potestate volũtatis.g̃ ⁊c̃. Maior p3 ex dictis. Minor p̃batur. Id qd̃ p̃mo est in potestate voluntatis est actus elicitus a volũtate. S3 deliberatio nõ est elicita a volũtate.ergo ⁊c̃. Maior probaẽ:q2 actus iperatus nõ est in potestate.nisi q2 voluntas prius eligit iperare.vnde electio que est actus elicitus p̃cedit iperium. Minor probaẽ. Deliberatio est ꝯclusio ꝯsilij:vt p3 ex se. cõclusio aũt ad itellectũ ptinet.ergo deliberatio est actus itellectus. ¶ 2a cõclusio. Electio est p̃mo praxis. Probaẽ: ¶ Prima praxis est opatio que est in p̃ma potestate voluntatis:vt dictũ est. Sed electio est h⁹:sequiẽ enim imediate deliberationẽ. Nã q̃primũ itellectus ꝯclusit ⁊ deliberauit q̃ hostes expugnãdi sunt.statiz volũtas eligit eos expugnare.⁊ iperat alijs potẽtijs.vt istud exequanẽ.g̃ ⁊c̃. ¶ Confirmaẽ.q2 circũscripta quacũq̃ operatione iperata a volũtate/adhuc electio est in potestate volũtatis.ergo electio est p̃mo in potestate volũtatis:ꝯñtia p3. Añs p̃batur:q2 electio cũ sit actus volũtatis elicitus/est prior quolibet actu iperato:ergo non h3 ab actu iperato q̃ sit in potestate volũtatis. ¶ Contra hãc ꝯnẽ arguiẽ. Ars domificatiua est notitia practica. S3 q̃ sit practica nõ h3 primo ab electione.imo ab edificatiõe:qd̃ p3:quia circũscripta quacũq̃ electione/adhuc illa notitia eẽt practica.ergo electio nõ est p̃mo praxis. ¶ Rñdetur q̃ minor est falsa. Nam ars domificandi nunq̃ eẽt habit⁹ practicus.nisi esset apta regulare actũ volũtatis:quo eligo domũ fieri s̃m artẽ quã habeo:⁊ remota electione si q̃s domificaret.illa domificatio nõ esset praxis.q2 nõ eẽt ab agẽte a p̃posito:⁊ per ꝯñs nõ eẽt in potestate volũtatis. ¶ 3a ꝯclusio. Intellectio põt esse praxis. ¶ Pro notitia huius ꝯnis anteq̃ p̃beẽ. Sciẽdũ est q̃ operatio itellectus dupl'r põt ꝯsiderari. Uno modo quo ad exercitiũ actus.alio modo quo ad eius specificationẽ non q̃ exercitium ⁊ specificatio sint due entitates addite actui.sed sunt duo respect⁹:quorũ vnus ꝯuenit illi ex parte agẽtis:alter v̊o ex parte obiecti. Q2 eniz operatio exerceaẽ vel nõ exerceaẽ:siue q̃ fiat aut nõ fiat:est ex parte agẽtis.in cuius potestate est agere ⁊ nõ agere. Q2 autem operatio sit huius vel illius speciei nõ est in potestate agẽtis:sed necessario cõuenit opationi ex obiecto. Intellectio enim qua itelligo lapidẽ necessario est distincta ab intellectione qua intelligo rosaz:nec est in potestate mea q̃ intellectio terminata ad lapidẽ/habeat aliã rõnez specificã. preter eam quam habet. ¶ His declaratis probo q̃ aliqua itellectio quãtum ad exercitium actus sit praxis.l3 nõ sit praxis quãtum ad eius specificationẽ. ¶ Primo. Ois operatio directa p̃ notitiã practicã est praxis.sed aliq̃ itellectio põt esse directa p̃ notitiã practicã.ergo aliqua potest esse praxis. Maior est Phi.6.ethi.tex.cõ.p̃mi. Minor p̃batur. Nã dum aliq̃s eligit speculari res naturales.cõstat q̃ h⁹ electio est directa ab aliqua notitia practica:cuz electio sit praxis:ergo etiaz illa speculatio rerũ naturaliũ que cadit sub electione est directa ab eadem notitia practica. ¶ 2°. Omnis actus iperatus a volũtate est praxis.cuz sit in potestate volũtatis.⁊ possit elici ꝯformiter rationi. S3 aliqua itellectio põt eẽ imperata a volũtate:puta cũ volũtas imperat itellectui:vt speculeẽ.ergo ⁊c̃. ¶ Ad hãc rõnẽ dicunt aliqui/q̃ itellectio imperata a volũtate vel est praxis.vel est practica:sed ex hoc nõ sequiẽ q̃ sit praxis:q2 a toto disiuncto ad alterã partẽ nõ valet ꝯñtia:imo diciẽ q̃ est practica. ¶ Sed cõtra arguiẽ sic. Aliqua itellectio est iperata a voluntate ⁊ nõ est practica.ergo est praxis:ꝯñtia p3 per te. Añs p̃batur:q2 alioquin sequiẽ vel q̃ omnis intellectio sit practica.qd̃ est falsuz.vel q̃ nulla itellectio potest iperari a voluntate.nisi sit practica:qd̃ etiaz est falsuz: quia experimur q̃ volũtas põt imperare intellectui.vt intelligat res naturales ⁊ mathematicas. ¶ 3°. Potest p̃bari hec cõclusio per oẽs rationes q̃ facte sunt supra in p̃ncipio questionis. Ipse enim p̃ter quartã cõcludunt pro ista ꝯclusione. ¶ Sed cõtra hanc cõclusionẽ arguiẽ. Omnis praxis respicit obiectũ practicabile siue operabile:sed itellectio qua itelligo rosaz nõ respicit obiectuz operabile:q2 rosa non põt fieri a me.ergo illa intellectio nõ est praxis. Minor p3. Maior p̃batur. Omnis habit⁹ practicus respicit obiectuz operabile.ergo etiã omnis operatio directa per habituz practicũ. Antecedẽs est Phi 6° metaphy.tex. cõmen.p̃mi.in fine. Consequẽtia p̃batur:quia operatio imediatius respicit obiectuz q̃ habitus. ¶ Respondeẽ q̃ maior est falsa.quãdo operatio est praxis solũ quo ad exercitium actus.⁊ non quo ad specificationez:q2 talis operatio non est omnino ⁊ simpliciter praxis:sed solũ s̃m quid. Ad p̃bationez negatur antecedẽs:quãdo habitus practicus siue notitia practica habet pro obiecto solaz operationez cuiusmodi est notitia regulans ⁊ dirigẽs:quãdo ⁊ q̃uo sit

Insti ꝯclon

Rñsio

Tertia ꝯ Intellectio põt esse praxis

Secũdo per p̃ma ꝯclusio

Diuisio imagina tio ⁊c̃.

Impugn alia.

Rñsio instanti

Secda ꝯ°. Electio ẽ p̃° praxis.

sit speculandū. Hō enim notitia est quidez de aliquo producibili, qđ est ipsamet operatio, sz nō est de pducibili distincto ab opatione: z per ꝯñs nō est de aliquo qđ sit pducibile per operationē: z hoc reperit̄ ēt in multis notitijs. Naz notitia citbariçādi est practica. z tñ per actū citbariçandi nihil producit̄: qđ ab ipsa opatione sit distinctuz: vt dī pmo ethy. Nec ista cōclusio repugnat supradictis: vbi dicebat̄ q̄ ois praxis est actus volūtatis. Naz intellectio est actus volūtatis: inquantū est a volūtate iperata. ¶ Et lz iste modus dicēdi saluari possit. mihi tñ apparet q̄ non sit verus: z q̄ nō sit de mēte. S. Tho. ¶ Primo qz sequit̄ aliquā artez factiuaz nō esse simplr̄ practicaz: qđ est expsse ꝯtra Phm in hoc textu cōmēti pmi. Probat̄ ꝯñtia: z accipio gratia exēpli artē faciēdi annulos. cōstat eniz q̄ act⁹ quo quis facit annulos est in potestate voluntatis quo ad exercitiū actus. z nō quo ad eius specificationē: qz ille act⁹ hz speciē ab obiecto: oēs autē annuli sunt eiusdem speciei. cum eorū forma sit rotunditas. Secundo. Nullus act⁹ est in potestate volūtatis quo ad specificationez eius. z quilibet est in potestate volūtatis. quo ad exercitiū. ergo omnis actus erit praxis. Prima pars antecedētis pbatur. Nam secūda per te est cōcessa. Jd qđ cōuenit alicui in pmo modo pseitatis nō cadit sub iperio volūtatis. alioquin necessariū esset ꝯtingens. Sed differētia specifica: quā hz actus ex obiecto: conuenit actui in pmo modo pseitatis. ergo zc. Nec. S. Tho. vnq̄z dixit q̄ intellectio sit praxis. imo dicit oppositū. pma zᵉ. q. 57. articulo pmo. ad primū. dicens q̄ habitus nō dicit̄ practicus ex opatione intellectus. qđ tñ esset si tale opus esset praxis. Dicit tñ q̄ aliquis habit⁹ practicus. s. prudētia pōt dirigere actus rōnis: sed qz eos non dirigit nisi mediāte electione. iō ipsi nō sunt praxes. ¶ Et ideo determino me ad hoc q̄ ad praxim tria requiruntur. Primo, q̄ sit in potestate volūtatis: z sit electiuus. Scdo, q̄ sit natus elici ꝯformiter rationi. Tertio, q̄ non sit actus intellectus. Nec sequitur. ille actus rationis est directus ab habitu practico. ergo est praxis: oportet enim si debet esse praxis vel q̄ sit directus immediate vel si est direct⁹ mediate q̄ sit alterius potentie ab intellectu, quorum neutrum conuenit operationi intellectus.

Auctor l[…] pbat húc dicēdi modum. — *Que reqrūt ad verā praxiz.*

Argumenta in oppositū nō soluunt̄: qz sunt pro tertia ꝯne excepto quarto. Ad quod negat̄ añs. Ad pmā pbationē dī q̄ speculatio que fit per habitū logice est quidē grā sui: qz hz in se sufficiētē dignitatē. dato q̄ nūq̄z ad aliū actū ordinaret̄. Cū hoc tñ stat q̄ ordinet̄ ad act⁹ aliarū scientiaꝝ. Ad 2ᵃᵐ negat̄ ꝯñtia: quia nō dirigit speculationē in alijs sciētijs quo ad exercitium actus: z psertim. qz nō dirigit eam imediate. nec mediante electione: sed mediantibus habitibus aliarū scientiarum.

Ad pmū 2ᵐ z 3ᵐ. Ad qrtū.

¶ Utrum omnis habitus practicus sit de re operabili ab habente habitum. Questio. III.

Ueleritur 3ᵒ. Utruz omnis habitus practicus sit de re opabili ab habente talē habituz. Et videtur q̄ non. ¶ Primo. Habitus siue notitia dirigēs voluntatem in amore vltimi finis, est notitia practica. Sz vltimus finis nō est a nobis operabilis. ergo zc. Minor patet. Maior pbatur. Et primo q̄ dilectio vltimi finis dirigatur p aliquam notitiaz: quia voluntas pōt errare circa vltimuz finē in particulari. Qz autē notitia sic directiua sit practica: pbatur. Illa dilectio est praxis. ergo habitus eaz dirigens est practicus: ꝯsequētia patet. Antecedēs pbatur: quia illa dilectio est in potestate: z potest elici conformiter rationi. ¶ Confirmat̄. Dilectio eorum que sunt ad finem est praxis. ergo etiam dilectio finis est praxis: antecedēs patet. Consequētia pbatur. Si cōclusio est practica, etiaz principia sunt practica: qz ꝯclusio practica non resoluit̄ in pncipia speculatiua. Sed dilectio eorū que sunt ad finem continetur in dilectione finis. sicut conclusio continetur in principijs: vt dicitur. z. physico. tex. cōmen. 89. ergo zc.

Pria rō.

¶ zᵒ. pncipalr̄ arguit̄. Si ideo notitia est practica. qz est de obiecto operabili. sequit̄ q̄ illa pars libri de anima. in qua agit̄ de actibus sensuum. z intellectus z voluntatis sit practica. Sz hoc expresse est ꝯtra Phm 6ᵒ metaphysi. tex. cōmē. pmi. Consequētia patet: quia pdicti actus sunt a nobis operabiles. *Scda rō.*

¶ 3ᵒ. Ab eodez habet habitus q̄ sit practicus a quo habet q̄ sit actiuus. Sed q̄ sit actiuus habet ex natura sua z non ab obiecto: ergo dato q̄ obiectū non eēt operabile a sciēte, adhuc habitus pōt esse practicus. Maior patet. Minor etiam patet. qz habitus ex natura sua est principiū operationis: z per ꝯsequēs directiuus eiusdem. *Tertia rō.*

¶ 4ᵒ. Si quis crederet falso, terraz esse pducibilē per naturalē phiam: z per hanc sciētiā addisceret. vt produceret terrā. iste habitus eēt practicus. Sed ipse nō esset de obiecto operabili. ergo zc. minor pz. Maior pbatur. Jlle habitus non esset gratia sui: immo ordinaret̄ ad pductionez terre. ergo non esset speculatiuus. sed practicus. Patet consequentia: ex primo metaphysice. *Quarta ratio.*

Respondeo Jn ista questione primo pmittam aliqua: z postea dicam ad q̄situ. ¶ Quātum ad primum. Sciendū est q̄ esse practicū est esse directiuum siue regulatiuū. Esse autē regulatiuuz conuenit oi habitui intellectus. quicūq̄z sit ille: quia per oēm habitum pōt elici aliquis actus conformis habitui. Actus eniz quo intelligo lapidē per habitum phicum est conformis huic habitui: quia p ipm attingit̄ lapis. vt est repsentat⁹ p speciem. Et quia omnis regula est prior regulato. cum regulatum psupponat regulam. z mensuratū mensuraz: z iterū qz omne regulatuz pōt esse conforme sue regule: alioquin frustra ei adhiberetur regula. Siue enim actus non possit quouis modo esse deficiēs. siue necessario sit deficiēs. frustra apponitur ei regula. Jdeo ois habitus qui est actuum directiuus. habet duos respectus ipsum ꝯsequētes: inquātum est regula. s. respectū prioritatis z ꝯformitatis. Sz in his pcise non consistit ratio habitus practici: quia ista conueniunt etiā habitui speculatiuo: lz non vniformiter sicut practico: qz isti respectus non cōueniunt habitui speculatiuo. iquātū est speculatiuus. qz circūscriptis hȳ respectib⁹, adhuc posset dici speculatiuus si eliceret speculationē. Sz ꝯsequuntur habitum ex rōne habitus itellectus. z non ex ratione speculatiui: habitui autē practico cōueniunt nō solum. qz est habitus intellectus. sed etiā. quia est practicus: quia inquantum practicus est directiuus. ¶ Preter istos duo respectus requirunt̄ tria alia. Primū est, q̄ actus directus p habitum practicū, sit alterius potētie ab intellectu. Scdm est, q̄ obiectum qđ respicit hȳ actus, sit attingibile per talē actum. Tertiuz est, ordo saltē habitualis inter habitū z obiectū. i. oportet q̄ hñs habitū, ordinet ipm ad attingēdum obiectuz p actum quē dirigit. *Nōn'm pm.* ¶ Premitto zᵒ: ratio practici cōuenit itellectui z habitui z actus itellect⁹. Hoc intellectu habet̄ 3ᵒ de anima tex. cō. 46. vbi Phs distinguit itellectū in practicū z speculatiuuz. De habitibus z actibus habet̄ partim in hoc tex. cō. pmi. partim. 6. ethi. tex. cō. pmi. Et lz tam itellectus q̄z habitus, q̄z actus sit practicus. tñ hoc est differēter. Jntellect⁹ enim practicus z speculatiuus sunt vna res: sz denominat̄ intell's eē practicus imediate z formalr̄ ex habitu practico. qui in iteilectu est subiectiue: lz enim remote dicatur practicus ex obiecto z ex fine: prime tñ dicit̄ practicus ex habitu. Habitus vo hz q̄ sit practicus ex obiecto z ex fine: vt infra dicetur. Qz enim obiectū habitus est practicabile. iō habitus est pra- *Nōn'm 2ᵐ.*

cticus:⁊ denominat̄ eē practicus ex praxi quā ꝓxime di/rigit. Actus ꝟo elicitus ab habitu practico dī practic⁹ sic̄ ⁊ habit⁹. Nam habitus practicus mediāte actu elicito per ip̄m dirigit praxim. ¶ Utrū ꝟo ratio practici ꝑ prius cō/ueniat habitui practico q̄3 actui ab eo elicito: arbitror ꝙ ꝑ ꝑus ꝯueniat actui. Tū q2 habit⁹ ꝑctic⁹ acq̄rit̄ mediantib⁹ actibus practicis: ex frequenti enim citharizatione acqui/ritur habitus citharizandi. ⁊ ideo prius natura ⁊ tem/pore est ratio practici in actu q̄3 in habitu. Tum quia quicq̄d ꝯuenit actui ⁊ habitui ⁊ potētie ex obiecto/ꝑ ꝑus cōuenit actui q̄3 habitui: q2 actus est imediatior obto q̄3 ha bitus. Uñ q2 distictio specifica cōuenit omnibus istis ex obiecto. ideo act⁹ imediate distinguunt̄ ꝑ obiecta: ⁊ postea habit⁹: ⁊ postea potētie: vt dī 2° de aīa tex. cō. 33. Querit̄ tñ potius de habitu q̄3 de actibus: q2 actus nō remanēt in po tētijs sicut habitus: ⁊ sic p3. ꝙ ideo habitus dicit̄ practic⁹. q2 causatus est ab actu practico: vel saltē. q2 potest elicere actum practicu3: actus ꝟo imediate habet ex obiecto ⁊ ex fine ꝙ sit praticus. ⁊ sic patet primum.

Cui prius ꝯueniat rō practici actui. s. vel habitui.

Nota.

Prīa ꝯ° Ois notitia ꝑctica est de opabili.

Quantum ad 2ᵐ hec est p̄ma cōclusio. Ois notitia practica est de obto opabili. Istā ꝯnem nō itelligo ad hunc sensu3 ꝙ obiectum notitie practice sit semꝑ ⁊ necessario ꝓducibile ꝑ notitiā practicā. l3 aliqñ h̄ ꝯtingat. Constat enim ꝙ notitia quā habeo de colēdo deo ⁊ honorādis parētibus. de seruāda patria/est habitus pra cticus. ⁊ tñ nec deus nec parētes. nec patria a nobis ꝓduci possunt: s3 ꝑ esse opabile itelligo esse attingibile ꝑ actū al/terius potētie ab intellectu/qui actus cadat sub electione ⁊ ꝯsilio. Et ꝑter hoc requirit̄ in q̄busdā ꝙ ille actus siue illa praxis qua attingit̄ obm/sit nobilior actu elicito ꝑ habitū practicū. vñ scia moralis est practica: q2 actus v̄tutis dire/ct⁹ est nobilior actu habit⁹ practici. nobili⁹. n. est facere ope ra iusta ⁊ fortia q̄3 scire facere iusta ⁊ fortia: general'r ꝟo re quirit̄ ꝙ dignitas habitus practici sit ex dignitate praxis quā dirigit: ita ꝙ nō esset sufficiētis appetibilitatis nisi eēt directiuus. ¶ Sic declarata ꝯne: ꝓbatur ꝙ ipsa sit vera. Primo. Finis sciētie practice est opari. g͛ op3 obm eē ope rabile. Consequētia p3: q2 op3 mām eē ꝓportionatā fini. Añs est Phi 2° metaphysi. tex. cō. 3. ⁊ magis patebit in se/quētib⁹. ¶ 2°. Oē obm habit⁹ aut est tm̄ speculabile aut nō solū est speculabile. sed ēt operabile. Sed ob3 habitus practici nō est tm̄ speculabile: alioquin habit⁹ practic⁹ eēt speculatiuus. g͛ est operabile: minor p3. Maior ꝓbatur: q2 sic̄ ois habit⁹ intell's vl' est speculatiuus: vel est ꝑcticus. vt dī. 6. ethi. ita op3 omne ob3 esse speculabile vel operabile.

Scḋa ꝯ°.

¶ 2ᵃ ꝯ. Obm scie practice nō op3 eē rē distinctā a praxi. Ista ꝯ satis est nota. Na3 ars citharizādi est habit⁹ practi cus: sed eius obm nō est res distincta ab actu. g͛ nō cuiusl3 habit⁹ practici. obm est res distincta ab actu: maior patet. Minor ꝓbat̄: q2 Phs p̄ ethi. capite. p̄. dicit ꝙ alique ope/rationes sunt ipse finis: nec aliquid habēt quod ꝑ eas fiat: vt citharizare: pulsare. ⁊ h9.

Ad p̄mā

Ad primum negat̄ minor. Ad ꝓbationē dī ꝙ l3 vltimus finis nō producat̄ a nobis tñ attingit̄ per illū actū amādi qui nō est act⁹ intell's: ⁊ lo/quor de notitia dirigēte ⁊ regulante q̄uo ⁊ qual'r amādus sit finis: q2 talis pōt cadere sub electiōe. Si ꝟo loquamur de actu volūtatis quo simpl'r vult ⁊ amat finē vltimū: di/co ꝙ ille nō est praxis: q2 nō cadit sub cōsilio nec sub ele ctione/cū electio nō sit de fine: ⁊ per ꝯñs nō idiget aliquo habitu practico ip̄3 actū dirigēte: nec op3 ꝯsulere an finis amādus sit. Ex q̄bus p3 ꝙ cognitio que habet̄ de amādo vltimo fine vl'r accepto/est speculatiua. Cognitio ꝟo que habet̄ de eligēdo hoc vel illud tanq̄3 vltimū. ⁊ sil'r que ha betur de mō amādi fine3/sunt practice: q2 iste possent ca/dere sub electione. ¶ Ad ꝯfirmationē negat̄ ꝯñtia. Ad ꝓ/bationē dī ꝙ l3 iter p̄nᵃ respectu ꝯnū ⁊ finē reᵘ eoꝝ q̄ sunt ad fine3 sit aliqua silitudo. nō tñ est silitudo in hoc. Uñ l3 oporteat p̄nᵃ ꝯnis practice eē practica. nō tñ op3 volitionē finis eē praxim/si volitio eorū que sunt ad finē est praxis. ¶ Ad 2ᵐ dī ꝙ illa pars phie que est de actib⁹ intell's non est practica: q2 nullus actus intellectus est praxis. Illa ꝟo que est de actib⁹ voluntatis. nō est ēt practica: q2 l3 act⁹ vo luntatis possit eē praxis. tñ illa notitia phie nālis eius nō est directiua: ille eni3 qui scit phia3 nālē nō dirigit̄ ꝑ hūc habitū ad sic vel sic volendū ⁊ amandū. Habit⁹ ꝟo phie moralis est practicus: q2 ipse dirigit quē ⁊ q̄d eligendu3 ⁊ amandū sit. ¶ Ad 3ᵐ negat̄ minor. Ad ꝓbationē dī ꝙ nō quelibet directiuitas facit habitū practicū: alioquin habi/tus speculatiuus eēt practicus: sed directiuitas praxis qua obm est attingibile: vt dictū fuit: hec aūt directiuitas ꝯue/nit habitui ex obto: q2 respect⁹ q̄b⁹ formal'r denoiat̄ habit⁹ esse practicus: conueniūt habitui ex obiecto. ¶ Ad 4ᵐ di/citur. Qr ille habitus esset speculatiuus ⁊ esset gratia sui: quia ex se ordinaretur ad aliquid producendum: sed ordi/naretur tm̄ a ratione erronea.

¶ Utrū habit⁹ sit p̄ncipal'r practicus ex obto. Qō. IIII.

Queritur 4°. Utrū habitus p̄ncipaliter sit practic⁹. ex obto/an ex fine. Et videt̄ ꝙ ex obto. ¶ Primo. Si finis facit habitū eē practicū aut hoc facit. vt est elicitus extra. aut vt cognit⁹. aut vt ꝯsiderat⁹ ⁊ intētus. Nō vt elicit⁹: q2 vt sic est posterior habitu ⁊ effect⁹ aliquo mō ab eo: effect⁹ aūt nō distinguit cā3: nec vt intētus: quia natural'r añq̄3 intendat̄ est talis cognitio. Si vt cognit⁹ sic h3 rōnē obti. g͛ obm distinguit. ¶ 2°. Si sciam esse practi/cam ⁊ ordinari ad praxim vt ad finē ꝯuertat̄: tūc moralis scia nō eēt practica: ꝯñs est ꝯ Phm p̄mo ⁊ 4° ethi. Conse/quētia ꝓbat̄: q2 finis eius est felicitas: que s3 ip̄m 4° ethi. ꝯsistit in speculatiōe. nō in praxi. ¶ 3°. Non ois cognitio/nis practice finis est praxis: aliqua eni3 itellectio est respe ctu praxis potentie inferioris: puta appetitus sensitiui: vel potētie motiue. nullus aūt act⁹ potētie inferioris est finis act⁹ intell's: q2 nihil ignobili⁹ est ꝑ se finis act⁹ nobilioris: actus aūt intelligēdi est nobilior ⁊ ꝑfectior quocūq̄3 actu cuiuscūq̄3 potentie sensitiue inferioris. ergo ⁊c̄. ¶ 4°. Uel habit⁹ dī practicus ꝓpter extensionē actuale3 ad opus: vl' ꝓpter aptitudinē. Non propter actuale3: quia tunc faber non intēdens operari non haberet cognitionem practicā: igitur ꝓpter extensionē aptitudinalem. Sed aptitudo nō cōuenit vni nature. ⁊ repugnat alteri. nisi propter aliquod absolutum in tali natura. Na3 quia hec natura est talis. iō sibi conuenit talis aptitudo. igitur presupponimus in ipsa re aliquam conditionē intrinseca3 per quā sibi conueniat talis aptitudo: hec autem conditio cōsiderationis in se est ab aliqua causa eius priore: cause autem eius priores sunt intellectus ⁊ obiectu3: ergo sibi conuenit ab intellectu vel obiecto. ¶ Confirmat̄. Inde habet habitus ꝙ sit practi/cus. Unde habet praxis ꝙ possit conformari intellectui: ⁊ ꝙ sit posterior intellectione. Sed hec duo insurgunt ex natura obiecti: quia obiectum est operabile. ⁊ per conse/quens est posterius intellectione. per quam producitur operatio circa obiectum.

Respondeo Et p̄mo declarabunt̄ quedam perti/nentia ad titulū q̄ōnis. Scḋo dicetur ad quesitum. ¶ Premittitur p̄mo ꝙ aliquis habitus pōt tripl'r dici practicus. Primo solum ⁊ precise ex obiecto: l3 non sit practicus ex fine nec ex modo cōsiderādi: ⁊ hoc est quādo obm est quiddam operabile: s3 per habitum consi/deratur. eo modo quo non est operabile. operatio enim ⁊

productio

ꝓductio terminaṯ ad rem particularem. Quãdo igitur res ꝓducibilis ꝯſideraṯ ſoluꝫ quo ad rōnes eius vl'es: puta ꝙ ſtatua eſt quedã figura ꝛ qualitas quarte ſpeciei: ꝛ ſimil'r qñ acqrens habitũ nõ intẽdit per ipſuꝫ operari. Secundo dī aliqs habitus eſſe practicus nõ ſolũ. qꝛ obiectũ eſt operabile. ſed ẽt qꝛ ꝯſideratur mõ quo eſt opabile. ſ. in particulari. ſed nõ cũ intentione operãdi. Tertio dī habitus practicus ex obo ꝛ ex modo cõſiderandi: ꝛ qꝛ intẽdiṯ eius ꝓductio. ¶ Sciendũ ſcdo. ꝙ lꝫ obiectũ habitus practici dicaṯ eſſe eius finis. tñ nõ accipiṯ hic finis ꝓ obo. ſed ꝓ operatione. habitus eniꝫ practicus eſt p̃n^m elicitiuũ itellectionis obiecti: ꝛ eſt p̃n^m directiuũ praxis: qua obiectuꝫ eſt attingibile: que qdẽ praxis eſt finis ad quẽ ordinatur illa intellectio: rōne cuius dī ꝙ habitus practicus nõ eſt ꝑꝑ intelligere tanq̃ꝫ ꝓpter finẽ. ſed eſt ꝓpter practicare ꝛ operari. ¶ Põt igiṯ duplex eſſe ſenſus qõnis. Primo an habitus ſit ſimpl'r. i. vl'r practicus ex obiecto. i. an ex obto habeat oia que reqrunṯ ad hoc ꝙ habitus ſit ſimpl'r practicus. Et ſi ad hunc ſenſuꝫ ſit mota qõ: rñdeṯ ꝙ nõ: ſed ꝙ preter obm requiriṯ aliqd ex pte intellectus. ſ. modus cõſiderandi: ꝛ aliqd ex parte volũtatis. ſ. intẽtio practicãdi ꝛ operãdi: ita ꝙ nullũ iſtoꝝ ꝑ ſe ſufficeret ad habitũ ſimpl'r practicũ. Qd ꝓbaṯ. ¶ Nã ꝙ oporteat obiectũ eſſe practicabile patuit qõne p̃cedenti. Qꝛ requiraṯ intẽtio finis qui eſt praxis. ¶ Probaṯ p̃mo: qꝛ phs 2° metaphy. tex. cõ. 3. dicit: ꝙ finis ſcie ſpec'latiue eſt veritas. practice aũt opus: ꝛ hac ꝓpoſitione vtiṯ in hoc ſexto ad ꝓbandũ ꝙ Metaphyſica ſit ſimpl'r ſpeculatiua. ¶ Scdo. qꝛ phs. 2. ethi. capitulo. 2. ſic arguit. Moralis phia nõ eſt gr̃a cõtẽplationis: ſed vt boni efficiamur. g̊ eſt ſcia practica. Cõſtat autẽ ꝙ ꝯñtia nõ teneret niſi finis ſpeculatiue eſſet ſpeculatio: ꝛ finis practice opatio. ¶ Tertio. Intellectus ſpeculatiu⁹ differt fine ab intellectu practico. ergo ꝛ habitus ſpeculatiuus ab habitu practico: ꝯñtia pꝫ. Añs eſt phi. 3. d̕ aia. tex. cõ. 49. vbi etiã dicit Cõmẽtator ꝙ finis intellectus ſpeculatiui eſt ſcire tm̃. opatiui aũt opari. Qꝛ ẽt reqraṯ modus cõſiderãdi: pꝫ: qꝛ habit⁹ eo eſt practicus / quo eſt opatiuus ꝛ factiuus. Quãdiu aũt ſtaṯ in vl'i ꝯſideratione nõ fit motus ad aliqd agendũ: vt dī. 3. de aia. ¶ Ex hac ꝯ̃ne ſequiṯ ꝙ ſi qs diſcat medicinã vel aliã ſciaꝫ practicã abſqꝫ itentione operandi. ſi poſtea intẽdat operari. ille habit⁹ q nõ erat ſimpl'r practicus efficiṯ ſimpl'r practicus.

Nōn^m 2^m. A quo fine habit⁹ dī practicus.

Cõclō p^a

¶ Scda ꝯcl'o. Nullus habitus eſt formal'r practicus intrinſece ex obiecto aut ex fine. Probaṯ. Habitũ eſſe practicũ eſt habituꝫ hr̃e reſpectũ p̃oritatis ꝛ ꝯformitatis ad praxim. Sed hꝰ reſpectus nõ ſunt obm nec praxis: cũ relatio diſtinguatur a termino. ergo habitus nõ eſt formal'r practicus per obiectũ ꝛ finẽ. ¶ Scdo. Id quo aliqd formal'r eſt tale / eſt intrinſecũ ei: qꝛ forma ꝛ effectus formalis nõ ſeparantur. Sed obm ꝛ finis nõ ſunt intrinſeca habitui. g̊ ꝛc̃. Dī autẽ habitus eſſe practicus ex obto ꝛ ex fine: qꝛ ex eis ꝯueniũt habitui iſti reſpectus. ¶ Põt ſcdo aliter pertractari hec qõ. ſ. cũ obm ꝛ finis neceſſario cõcurrãt ad habitũ ſimpl'r practicũ: qd eoꝝ p̃ncipalius cõcurrat. Et quãtũ ad hoc dico duas ꝯ̃nes. ¶ Prima hec eſt. Habit⁹ eſt magis original'r practicus ex obo q̃ꝫ ex fine. Probaṯ: qꝛ niſi obꝫ eſſet practicabile / nõ poſſet cõſiderari mõ operabili: nec cum intentione operãdi: qꝛ volũtas nõ eſt ipoſſibiliũ. ¶ Secũdo. Quia ꝙ praxis ſit ꝯformabilis habitui practico. iõ eſt: qꝛ obiectũ põt ꝓduci ꝯforme habitui: ꝛ ꝑ ꝯñs: qꝛ obm eſt poſterius intellectione. ideo ꝛ ꝓductio obiecti eſt p̃or ea. ¶ Scda ꝯ̊. Habitus hꝫ cõpletiue ex fine ꝙ ſimpl'r ſit practicus. Probaṯ. ¶ Primo. Id quo poſito ꝛ quo remoto poniṯ ꝛ remoueṯ habitũ eſſe ſimpl'r practicũ / eſt id a q̊ cõpletiue hꝫ ꝙ ſit practicus. Sed finis eſt hꝰ. g̊ ꝛc̃. maior

Cõclō 2^a

Notā 2°. Habitus dī practicus ab obiecto per prius q̃ꝫ a fine,

Cõclō 3^a

patet. Minor ꝓbaṯ. Si enim obm ſit opabile. ꝛ nõ adſit intẽtio operãdi. habitus nõ erit ſimpl'r practicus. Si vo adſit intẽtio operãdi. opꝫ obm eſſe opabile. Scdo. De eodẽ obiecto põt hr̃i notitia practica ꝛ ſpeculatiua ſm qd. g̊ ad hoc ꝙ ſit ſimpl'r practica plus reqriṯ q̃ꝫ ꝙ ſit obm operabile. Añs pꝫ. Nã ſi Sorti daret deus virtutẽ ꝓductiuã roſe cũ itẽtione opandi. notitia Sortis de roſa eẽt ſimpl'r practica. Notitia vo platonis de roſa eẽt ſpeculatiua. Cõſtat aũt ꝙ hec diſtinctio nõ eſſet p̃ciſe ex obo. ſꝫ ẽt ex fine. ¶ Sciendũ eſt tñ ꝙ cũ dicimus habitũ eſſe ſimpl'r practicũ ex fine. iſtud nõ ſolũ dꝫ intelligi de fine habitus qui finis eſt praxis. ad quã dirigendã ordinaṯ habitus ex nã ſua: ſed ẽt de fine ſciẽtis ꝛ habẽtis habitũ: qꝛ. ſ. ipſe intẽdit per habitũ opari. Vñ q adiſcit medicinã abſqꝫ itentione medẽdi nõ hꝫ habitũ ſimpl'r ꝛ abſolute practicuꝫ. poterit tñ fieri ſimpl'r practicus adueniente intentione opandi.

Notãduꝫ

Ad argumenta

rñdeṯ. Ad p̃mũ diciṯ ꝙ habitus eſt practicus ex fine. vt eſt intentus. Ad improbationeꝫ diciṯ. p̃mo ꝙ talis cognitio nõ eſt nãl'r anteq̃ꝫ intendaṯ finis. Qd pꝫ: qꝛ finis nõ eſſet prior intẽtione his que ſũt ad finẽ. Dī ſcdo: ꝙ ſi etiã talis cognitio eſſet nãliter anteq̃ꝫ intendaṯ finis. tñ ex fine põt habitus dici practicus denominatione extrinſeca. ¶ Ad 2^m negaṯ ꝯñtia. Ad ꝓbationẽ diciṯ ꝙ felicitas nõ eſt finis ꝓprius ꝛ imediatus ſcientie moralis: ſed remotus ꝛ vltimus: ꝛ ideo ab ea nõ denominaṯ habitus. ¶ Ad 3^m negatur añs. ¶ Ad ꝓbationẽ diciṯ: ꝙ lꝫ nullus actus potẽtie ſenſitiue poſſit eſſe vltimus finis itellectionis: põt tñ eſſe finis eius intermedius ꝛ ſm qd. ¶ Ad 4^m diciṯ. Qꝛ eſt ꝓpter extenſionẽ aptitudinalẽ. Ad improbationẽ dicitur: ꝙ hunc habitũ habere hꝰ aptitudinem eſt extrinſeca ab obiecto ꝛ a fine: ꝛ a mõ ꝯſiderandi obiectũ: ſed a fine ſũt illi reſpectus aptitudinales cõpletiue. vt dictuꝫ fuit: adeo ꝙ habitus nõ eſt actu practicus. ſꝫ tm̃ virtute / niſi per voluntatẽ ꝛ intellectum ordineṯ ad opus: que ordinatio ſit. aut actus ſcdʒ: aut actus p̃mus. ſ. habituale ꝓpoſitũ operãdi. Et per hoc pꝫ ad cõfirmationeꝫ. Et preter hoc dī ꝙ ſi etiam illi duo reſpectus eſſent tm̃ ab obiecto. adhuc non ſequiṯ propoſitum: quia preter illos reſpectus requiritur intentio finis ad habitũ ſimpliciter practicum.

Ad p̃mũ

Ad ſcdm

Ad tertiũ

Ad q̃rtũ

¶ Utrum practicum ꝛ ſpeculatiuum ſufficienter diuidãt habitus intellectus. Queſtio. V.

Queritur

quinto. An practicuꝫ ꝛ ſpeculatiuũ ſufficienter diuidãt habitus intellectus.

Reſpondeo

tribus ꝯcl'onib⁹. quarũ p̃ma hec eſt. Practicuꝫ ꝛ ſpeculatiuũ ſufficiẽter diuidũt habitus itell'cs: ita ꝙ nullus eſt habitus in itellectu qn ille ſit aut practicus: aut ſpeculatiuus ſiue talis habit⁹ ſit ſcia ſiue nõ. Probaṯ. ¶ Primo. Ois habit⁹ intell'cs eſt aut ſapia: aut intell'cs p̃ncipioꝝ. aut ſcia. aut prudentia. aut ars. vt dicit Phs. 6. ethic. Sed habitus p̃moꝝ p̃ncipioꝝ ſpeculabiliũ eſt ſpeculatiuus: ꝛ habitus practicoꝝ eſt practicus. puta alteri nõ feceris ꝙ tibi nõ vis fieri. Sapiẽtia etiã ois eſt ſpeculatiua. ꝑ metaphyſi. vbi phs ꝓbat metaphyſicã eſſe ſpeculatiuaꝫ. qꝛ eſt ſapiẽtia. Qꝛ vo ois ſcia ſit practica vel ſpeculatiua. pꝫ ex B. 6. li°. Prudẽtiã vo ꝛ artẽ eẽ practicas: ponit phs. 6. ethi. vbi ẽt reducit oẽs p̃dictos habit⁹ ad gen⁹ practici vel ſpeculatiui. ¶ Scdo. Omnis itellectus eſt ſpeculatiuus: aut practicus. ergo etiaꝫ ois habitus intellectus. Cõſequentia pꝫ: qꝛ intellectus nõ dī practicus niſi rõne habitus quem hꝫ. Añs eſt phi. 3. de aia. t. c. 46. ¶ Tertio. qꝛ phs in B. 6. volẽs ꝓbare ꝙ nãlis phia ſit ſpeculatiua ſic arguit. Ois ſcientia vel eſt ſpeculatiua vel opatiua. Sed nãlis nõ eſt

Cõclō p^a

Capi^e. 5.

In p°

Capi^e. 6.

operatiua.ergo est speculatiua.Cōstat aūt q̄ h rō nō ꝯclu deret.si daret̄ scia media:que nec eēt practica.nec specula tiua.¶ Cōfirmat̄:q̄z Auicēna ꝑ methaphy.c.ꝑ.exꝑsse po nit oēm sciā.aut practicā eē.aut speculatiuā.¶ 2ª ꝯ. Rō habit⁹ practici ꝯuenit q̄busdā sciētys per se:ꝛ nō tm̄ ꝑ ac cidēs. Ista ꝯclō ꝓbat̄ ꝑ oia argumēta facta in pn° q̄ōnis: esse.n.practicū ꝯuenit habitui ex obiecto:q̄cq̄d aūt hz ha bitus ab obto ꝯuenit habitui ꝑ se.¶ Sed ꝯ hanc ꝯnē ar guit̄:q̄ ois scia inquātū est scia sit speculatiua.ꝛ nulla pra ctica.¶ Primo. Ois scia per se ordinat̄ tm̄ ad speculari. ergo quelz est ex se speculatiua. Patet ꝯn̄tia:q̄z scia dr̄ pra ctica aut speculatiua ex praxi vel speculatiuo. Ans̄ ꝓbat̄. Nullus habitus ex se inclinat nisi ad actus similes eis.ex q̄bus est gn̄atus.2.ethicoꝝ.capite ꝑ.Sed ois scia gn̄at̄ tm̄ ex actibus cognitionis siue speculationis:cū acq̄rat̄ ꝑ de monstrationē que est actus speculādi.ḡ ꝛc̄.¶ 2°. Habit⁹ cuius accidit esse elicitū vel iperatū a volūtate ordinat̄ ex se tm̄ ad speculari.Sed actui scie accidit esse elicitum vel iperatū a volūtate.ḡ ꝛc̄.maior pz. Minor ꝓbat̄. Actui q̄ est ex euidētia rei accidit esse elicitū vel iperatū a volūta te.Sed scire q̄ est actus scie est ex euidētia rei.ḡ ꝛc̄.¶ 3°. Tantū ille actus per se est finis habitus scie/per quē disti guit̄ scia ab oib⁹ alys habitib⁹.Sed scire est hm̄.ḡ quelibz scia ordinat̄ ex se tm̄ ad scire.Ex quo seq̄t̄ q̄ si ordinet̄ ad aliud opus hoc accidit ipsi scie.Minor pz:q̄z scia non di stinguit̄ ab habitu q̄ nō est scia nisi per scire. Maior ꝟo de se est nota.¶ Ad pᵐ dr̄:q̄ dupl'r pōt habitus ordinari ad actū.Uno mō ad actū elicitū:ꝛ in h sensu ꝯcedit̄ ans̄. ꝛ negatur ꝯn̄tia:q̄z nulla scia dr̄ practica ex actu elicito ab ea.Alio mō ordinat̄ ad actū q̄ per eā est directus:ꝛ in hoc sensu ꝯcedit̄ ꝯn̄tia.ꝛ negat̄ ans̄. Nā per multas scias diri gunt̄ multi actus nō eliciti ab itellectu vel a tali habitu:vt pz de morali que dirigit actus appetitus sensitiui.Ad pro bationē dr̄ q̄ habit⁹ nō inclinat ad eliciēdos nisi tm̄ act⁹ sil'es illis ex q̄bus est generatus:inclinat tm̄ ēt ad dirigēdū multos alios.¶ Ad 2ᵐ negat̄ minor de actu ordinato ꝛ directo ac regulato i quo solo sensu est vera maior.¶ Ad 3ᵐ negat̄ maior:lz.n.ois habitus cognitiuus distinguatur ab habitu non cognitiuo tm̄ ꝑ scire.tm̄ habitus scientifici non distinguūt̄ tm̄ ex hoc inter se:sed q̄z finis vnius est tm̄ speculari ꝛ scire.finis ꝟo alterius est operari ꝛ practi care.¶ 3ª ꝯ. Practicū a quo scia denoiat̄ practica tm̄ ex fi ne nō est dr̄ia essentialis:nec ꝓprietas insepabilis. Pro bat̄.¶ Nulla dr̄ia essentialis aut ꝓprietas pōt auferri a re.ipsa re manēte.Sed habitus q̄ est practicus ex fine po test fieri nō practicus ex fine:puta si acq̄rens habitū inten dat operari:ꝛ nūc nō intēdat ꝑ eū operari.ḡ ꝛc̄.minor pz. Maior ꝓbat̄:q̄z si sic/seq̄ret̄ q̄ ꝯdictoria essent sil' vera: si homo.n.manēs esset asinus:tūc esset hō ꝛ nō hō.¶ Sz cōtra hāc rōnē arguit̄. Primo.q̄z pol'e est vnā ꝓpositio nē affirmatiuā transferri in negatiuā:q̄z multe affirmati ue efficiunt̄ nega tiue per solā additionē negationis.ergo pol'e est aliq̄d trāsferri ab vna differētia essentiali in aliā. Pz ꝯseq̄ntia:q̄z affirmatio ꝛ negatio sunt dr̄ie essentiales enuntiationis.ꝑmo peri hermenias.¶ Scd̄o. Proposi tio manens eadē ꝛ in se nō mutata pōt ex vera fieri falsa. ergo ꝛc̄.Consequētia pz:q̄z veritas ꝛ falsitas sunt differen tie orationis.Antecedēs patet:q̄z ex sola mutatione rei va riat̄ veritas orationis.¶ Ad pᵐ dico:q̄ ꝓpositio affirma tiua ꝛ negatiua nunq̄ sunt eadem ꝓpositio nisi forte ma terial'r ꝛ in scriptis.De vocalibus.n.pz:q̄z distinctis prola tionibus ꝓferunt̄.De mentali ēt pz:q̄z formant̄ distinctis actibus.Affirmatio.n.fit ꝑ cōpōnē predicati cū subiecto. negatio ꝟo fit per diuisionē.¶ Ad 2ᵐ dico q̄ verū ꝛ fal sum nō sunt dr̄ie orōnis,sed accidentia per accidens.

Cōclō 2ª

Impug°

Rn̄sio.

Cōclō 3ª Practicū ꝛ specula tiuum nō sunt dr̄ie essentiales scientiaꝝ.

Impug°.

Ad pmū

Ad scōm

¶ Utrū ois scia speculatiua sit nobilior q̄lz ꝑctica. Qō. VI

Queritur 6°. Utrū ois scia speculatiua sit nobilior qualibet practica. Et arg̃r q̄ sic.¶ Prio.q̄z phs 6° meta.t.e.z.in fine.sic dicit. Theorice alys scientys desidera biliores sunt.Sed oē magis desiderabile est magis appetibile ꝛ bonū.ḡ theorice siue speculatiue sunt meliores.¶ 2°. Sicut se hz speculatio ad praxim/ita scia speculatiua ad practicā.sz ois speculatio est nobilior q̄lz praxi:cū sit act⁹ nobilioris po°.s.itell's.ḡ ois scia speculati ua est dignior ꝑctica.¶ 3°. Oē ꝯtētū sub spē ꝯstituta ꝑ no biliorē dr̄iā/est ꝑfecti⁹ oi ꝯtēto sub spē ꝯstituta ꝑ dr̄iā ei oppositā:sic oē ꝯtētū sub hoie est ꝑfecti⁹ oi ꝯtēto sub bru to:q̄z rōnale ꝯstituēs hoiē est ꝑfecti⁹ irrōnali ꝯstitutiuo bruti.Sz speculatiuū ꝛ practicū sunt dr̄ie sciaꝝ.ḡ oē ꝯten tū sub speculatiuo est ꝑfectius oi cōtēto sub practico.

Rn̄deo breuiter ad hāc q̄ōnē q̄ nō ois scia speculati ua est dignior q̄lz ꝑctica simpl'r ꝛ absolute:lz sit dignior ꝫ q̄d. Pria ps hui⁹ ꝯnis ꝓbat̄.¶ Prio. Logi ca est scia spec'latiua:vt pz ex dictis supra.sz logica nō est dignior oi practica.ḡ nō ois speculatiua est ꝑfectior q̄libz practica. Maior pz. Minor ꝓbat̄. Phia moralis est pra ctica.cū sit directiua praxis vt pz ex oib⁹ libris ethic̄.Sz logica nō est dignior morali phia.vt pz ex se.ḡ ꝛc̄.¶ 2°. Quelz scia hn̄s ꝓ obo ens reale est dignior oi ea q̄ hz pro obo ens rōnis:cū nobilitas sciaꝝ ꝑ ꝛ ꝑ se attendat̄ penes nobilitatē obi.ens aūt reale est digni⁹ ente rōnis.sz multe scie ꝑctice.imo oēs hn̄t ꝓ obo ens reale:cū sola entia rea lia sint opabilia a nobis.ꝛ possint eē termini opōnis.Ali qua ꝟo speculatiua hz ꝑ obo ens rōnis (vt dictū est) de lo gica.ḡ aliq̄ practica est simpl'r ꝑfectior aliq̄ speculatiua. ¶ 2ª ps ꝯnis pz ex rōnib⁹ factis in pn° q̄ōnis. Cū.n.pra cticū ꝛ speculatiuū nō sint dr̄ie eētiales.sz ꝓpetates q̄dā hit⁹ sciētifici.cōes tm̄ ēt q̄busdā alys hitib⁹/illa scia est ꝫm q̄d nobilior q̄ hz nobiliorē ꝓpetatē:cuiꝰ est speculatiuū.

Ad singulas tm̄ rōnes rn̄det̄. Ad pmā dr̄ ꝑ q̄ oēs speculatiue.quas ibi enumerat.sunt digniores oib⁹ ꝑcticis:nō tm̄ oēs speculatiue vl'r. Et si ali cui nō placet ista rn̄sio:q̄z forte moralis phia est dignior q̄ mathematice.ꝛ hz nobili⁹ obm̄. Dicō al'r q̄ phs nō cō parat ibi scias speculatiuas ꝑcticis.sz cōpat speculatiuas quas enumerauit iter se dicēs q̄ Metaᶜᵃ est nobilior ma thematica:ꝛ nāli.Et q̄ ista sit ei⁹ itētio pz ex textu Cōmē. qui sic hz. Modi igit̄ phie eētiales sūt tres. Mathema ticus. Nālis:ꝛ Diuinus:nullus.n.ignorat q̄ si diuinus est q̄ est in tali nā:ꝛ scia nobilis dz eē nobilis gn̄is. Alie enī scie speculatiue sūt nāl'r bone:sz ista scia est melior oibus sciētys speculatiuis.Et ita exponit ēt Cōmentator in fine cōmēti scōi.¶ Ad 2ᵐ negat̄ minor:q̄z melius est opari ꝛ amare iusta q̄ solū itelligere ꝛ speculari ea. Ad ꝓbōnē negat̄ ꝯn̄tia:sz bn̄ seq̄t̄ q̄ aliq̄ opō itell's ꝛ aliq̄ speculatio est nobilior qualz praxi:nō aūt seq̄t̄ q̄ ois:sicut nō seq̄t̄.si hō est nobilior equo q̄ ois opō hois sit nobilior qualibz opōne equi:nā actus currēdi est ꝑfectiori mō ab equo q̄ ab hoie.¶ Ad 3ᵐ negat̄ minor:q̄z vt dictum fuit.practicū ꝛ speculatiuū nō sunt dr̄ie essentiales.sed quedā ꝓprieta tes:ꝛ iō scia speculatiua est ꝫm q̄d nobilior qualibet pra ctica.nō tm̄ simpl'r:sicut cygnus inquātū est albus est nobi lior elephante q̄ est niger.nobilitate ꝫm quid.

¶ Utrū habitus speculatiui sint tm̄ tres. Questio. VII.

Queritur 7°. Utrum habitus speculati ui sint tm̄ tres.

Respondeo. In ista q̄ōne nō queri tur vl'r de hitib⁹ specu latiuis.q̄z cōstat q̄ sunt plures. Naꝫ habitus

p̊moꝝ p̊ncipioꝝ est speculatiuus:sed querit̃ tm̃ de habiti/
bus scientificis ẜm genus eoꝝ:ꝛ est qō.Utrum sint tm̃ tres
sciẽtie speculatiue distincte generice:quod dico.q꜄ in Nãli
phia que est speculatiua/sunt multi habitus spẽ distincti:ꝛ
silr̃ in Mathematicis:vt pꝫ de geometria ꝛ Arithmetica.

Cõclusio Rũo audiendũ sit ꝙ sunt tm̃ tres habitus speculatiui.

Ad qõnẽ igit̃ sic itellectã rñdendo dĩ ꝙ scie speculatiue.de
qbus loqt̃ phs.6.metaphy.sunt tm̃ tres.Qđ ꝓbat̃.¶ Pri
mo.Q꜄ phs.6° meta.tex.cõ.z.postq̃ꝫ dixit de qbus cõside/
rat nãlis ꝛ mathematicus ꝛ diuinus sic cõcludit in fine tex
tus.Quare tres erũt phie theorice. Mathematica/Physi/
ca:ꝛ Theo[a].vbi dicit Cõmẽtator:ꝙ modi phie speculatiue
sunt tres.s.scia reꝝ mathematicaꝝ ꝛ nãlium ꝛ diuinarum.
¶ Scđo.Talis est distictio sciaꝝ speculatiuaꝝ qualis est
distinctio speculabiliũ.Sed speculabilia sunt tm̃ tria.g̊ ꝛc̃.
Maior pꝫ:q꜄ scie distinguũnt̃ ex obiectis formalib⁹:obm
aũt speculatiue est speculabile.Minor ꝓbat̃.Oẽ specula/

Trip[x] modus abstrahendi.

bile inquãtũ h9/est separatũ aliquo mõ a mã.Sed est tm̃
triplex modus separationis:a mã tm̃:a mã sensibili ꝛ nõ a
mã intelligibili:vt oia Mathematica:q̃dã ꝯo simplr̃ sunt
separata a mã:q꜄ in eoꝝ diffinitione nullo mõ ponit̃ mã:ꝛ
sic sunt ea de qb⁹ est p̊ma phia.g̊ ꝛc̃.Totam hanc rõnẽ po/
suit phs.6.metaphy.tex.ꝯ.z.¶ Pro notitia hui⁹ rõnis sciẽ

Notãdũ Mãz impedire intellectiõeꝫ ex duob⁹ patet.

dũ est ꝙ mã ipedit itellectionẽ/qđ pꝫ ex duob⁹. Primũ est
q꜄ ipsa maxie elongat̃ a rõne entis cũ sit ꝓpe nihil.ens aũt
est formale obiectũ intell's.Scđm est.q꜄ intellectus est po
tentia passiua ꝛ mouet̃ ab obiecto.mãe aũt nõ cõuenit ali/
qua rõ mouẽdi.eo ꝙ ipsa est pura potẽtia.Ex hoc sequitur
ꝙ opꝫ oẽ speculabile esse aliquo mõ separatũ a mã vt dice
bat̃.Ea igit̃ que sunt oino sine mã vt itelligẽtie:vel de quo/
rum rõne nõ est mã.vt ens ꝛ eius passiones ꝛ suba/ꝑtinẽt
ad p̊mã phiaꝫ.Uñ tota latitudo obi metaphysice est ab en
te ꝛ intelligẽtijs vsqꝫ ad subam.Illa aũt de quoꝝ diffõne
est mã.lꝫ abstrahente a mã/sicut vl'e a particulari/pertinẽt
ad nãlem.Primuꝫ aũt istoꝝ est corpus de genere sube:q꜄
opꝫ omne corpus hr̃e mãm:ꝛ ideo cum descẽdit̃ a suba in
subam corporeã fit trãsitus a metaphysica ad phiaꝫ nãlẽ.
Ea ꝯo que nõ habẽt esse sine mã:ꝛ tm̃ nõ diffiniunt̃ ꝑ ma/
teriam sensibilem/pertinent ad scientias mathematicas.
¶ Tertio arguit̃.Tantũ tres sunt modi diffiniendi.ergo
tm̃ tres scientie speculatiue.Patet cõsequẽtia:q꜄ sciẽtie di/
stinguunt̃ per diuersos modos diffiniendi:q꜄ diffõnes sũt
p̊ncipia demonstrationũ.ꝛ ex p̊ncipijs scientie distinguun

Tex.ꝯ.5.

tur p̊mo posterioꝝ. Antecedẽs ꝓbat̃:q꜄ p̊mus modus est
per oẽs causas:ꝛ iste pertinet ad nãlẽ.Secundus est ꝑ tres
causas tm̃.s.formalẽ:finalẽ:ꝛ efficiẽtẽ:ꝛ iste pertinet ad p̊[m]
phm̃.Tertius est tm̃ per cãꝫ formalẽ:ꝛ iste pertinet ad ma

Oplo nõnullorum

thematicũ.¶ Quarto.idem sic declarat̃ ab alijs. Dicunt
enim ꝙ cum ens cõe habeat aliquas passiones cuiusmodi
sunt:bonũ/verũ/vnũ/ꝛc̃.opꝫ esse vnã sciam que de istis cõ/
sideret.Dicunt scđo:ꝙ si volumus inuestigare per diuisio/
nem subiectũ alicuius alterius sciẽtie.nõ opꝫ ꝓcedere diui
dendo aliqđ genus accidentis:q꜄ qđlibet eaꝝ in aliqua spẽ
substãtie mediate vel imediate virtualr̃ continet̃:ꝛ ita qđ/
cũqꝫ istoꝝ ponet̃/nõ erit ꝓpriũ subiectũ:ꝛ cõsequenter nõ
accipiet̃ distinctio p̊ma sciaꝝ penes aliqđ genus accidẽtiũ:

Contra Suessa[m].

sed opꝫ diuidere subam corporeã ꝛ incorporeã.De substã/
tia aũt incorporea nõ possunt ex sensatis cognosci/nisi ille
ꝓprietates que sunt cões enti:ꝛ ideo ipsa nõ põt esse subm
alicuius scientie.Substantie ꝯo corporee.p̊mo inest q̃ꝫti/
tas cõtinua.ꝛ postea quãtitas discreta:ꝛ mediante quãtita/
te oia que cõsequunt̃ quãtitatẽ:vt qualitates quarte spẽi.ꝛ
alique relationes:ꝛ iste passiones sunt de ea cognoscibiles
ex p̊ncipijs notis via sensus:ꝛ cõsequenter substãtia corpo
rea põt esse ꝛ est subiectũ alicuius scientie speculatiue/pos/
sibilis hẽri a nobis que est alia a metaphysica:ꝛ hec dĩ ma/
thematica.Eadẽ quoqꝫ substãtia corporea ꝯsiderata nõ ab
solute inquantũ est corporea.sed inq̃ꝫtũ hꝫ aliquã formam
que est p̊ncipiuꝫ operationis ꝛ motus est subm nãlis phie.
Nam primus phs cõsiderat de quãtitate inq̃ꝫtum est pars
entis.Naturalis ꝯo inquãtũ est subm motus. Mathema/
ticus ꝯo sub rõne precisa q̃ꝫtitatis.¶ Sed iste modus di/

Impugnat Auc. hũc mo[m] dicendi.

cendi stare nõ põt:inq̃ꝫtuꝫ ponit ꝙ suba corporea est subm
mathematice:qđ ꝓbat̃.¶ Primo.Impossibile est ꝙ ideꝫ
sit ẜm eandẽ rationẽ formalẽ subm in diuersis scientijs:vt
pꝫ.3.de aia.tex.cõ.36.Sed suba corporea pertinet ẜm oẽm
sui cõsiderationẽ ad phꝫ nãlem.ergo nõ spectat ad mathe/
maticum.Minor ꝓbat̃.Nã substãtia corporea siue corp⁹
de genere substãtie/nõ pertinet ad Mathematicũ quo ad
materiã.q꜄ mathematicus abstrahit a mã.neqꝫ quo ad for
maꝫ:q꜄ mathematicus abstrahit a motu.ꝛ ꝯsequẽter a for[a]
substãtiali:q꜄ ipsa est p̊mũ p̊ncipiuꝫ cuiuslibet transmuta/
tionis.¶ Scđo.Quecũqꝫ diffiniunt̃ in aliqua scientia/pre
supponunt subm illius scientie.ergo si corp⁹ de genere sub/
stantie esset subiectũ mathematice.sequit̃ ꝙ omnia accidẽ
tia mathematica diffinirẽt̃ per subam corporeã:q꜄ omne
accidens diffinit̃ per subm:ꝛ cõsequẽter accidentia mathe
maticalia diffinirent̃ per id cuius pars est mã.¶ Tertio.
Sequeretur ꝙ nãlis phia esset abstractior q̃ꝫ mathemati/
ce.Consequẽs est falsuꝫ:ꝛ cõtra Cõmẽtatoreꝫ 6° metaphy/
sice.cõmẽ.z.ergo ꝛc̃.Cõsequẽtia ꝓbat̃.Si substãtia corpo/
rea est subiectũ mathematice.ꝛ nãlis phie ẜm diuersas ra/
tiones formales:opꝫ ꝙ inter illas rõnes sit ordo:ꝛ ꝯsequẽ/
ter ꝙ vna sit p̊or alia.Sed rõ ẜm quã est subiectũ in phia
est ẜm ꝙ eius forma subalis est p̊n[m] motus:ꝛ ratio ꝑ quaꝫ
est subm mathematice est ẜm formaꝫ accidentalem.Sed
forma substãtialis est prior accidẽtali.ergo naturalis esset
prior mathematica:ꝛ consequenter etiam abstractio:quia
semper prius est abstractius posteriori.

¶ Utrum distinctio formalis scientiarũ sumatur ex distin/
ctione formali obiectorum. Questio. VIII.

Queritur 8°.Utrum distinctio formalis
scientiaꝝ sumatur ex formali
distinctione obiectoꝝ.Et arguit̃ ꝙ nõ.¶ Pri/

Prima rõ.

mo.De eodẽ subiecto re ꝛ ratione possunt esse
due distincte scientie.ergo cuꝫ vnitate subiecti
stat pluralitas sciaꝝ:ꝯñtia pꝫ.Añs ꝓbatur.Scire hominẽ
esse risibilem.ꝛ scire homineꝫ esse beatificabilem/est scire
alterius ꝛ alterius rõnis:cũ sint passiones diuersaꝝ rõnuꝫ.
ꝛ tamen subiectum est idem.ergo ꝛc̃.¶ Scđo.Per natu/

Scđa rõ.

ralem philosophiã scitur terra sub ratione rotunditatis:vt
dicit̃.z.physicoꝝ.tex.cõ.18.ꝛ per astrologiã cognoscit̃ ter/
ra sub eadẽ ratione.Sed naturalis phia ꝛ astrologia sunt
distincte scientie.ergo diuerse scientie cõsiderant idẽ obm
sub eadem ratione formali.¶ Tertio.Si scientia habet

Tertia rõ.

vnitatem ex vnitate subiecti.aut hec vnitas est specifica/
aut generica/aut generis subalterni/aut generis generalis/
simi/aut entis.Non p̊muꝫ.alioquin tot essent scientie/quot
species rerũ.Non scđm:q꜄ pari ratione tot essent scie/quot
sunt genera subalterna.Non tertiuꝫ:quia tm̃ essent decem
scientie.Non quartuꝫ:quia sequit̃ ꝙ esset tm̃ vna scientia:
presertim si ens habeat aliquam vnam rationẽ.¶ Quar/

Quarta ratio.
Capite.4.

to.Scientia ꝛ fides ꝛ opinio sunt distincti habitus:vt pa/
tet z° de aia:tex.cõ.157.ꝛ.6.ethicoꝝ.Sed ista possunt esse
de eodẽ obiecto formali.ergo etiã diuerse scientie possunt
esse de eodeꝫ formali obiecto.Minor patet:possum enim
scire ꝙ sol est maior tota terra:qđ plato credit ꝛ Sor.opi/
nat̃.Cõsequẽtia ꝓbat̃:q꜄ plus differt scientia ab opinione:

Quinta rõ.

vt dĩ.6.ethicoꝝ.q̃ꝫ due scientie inter se.¶ Quinto.Sicut
habitus refert̃ ad obiectũ.ita ꝛ potẽtia refert̃ ad obiectuꝫ:
Sed due potẽtie possunt ferri super idem obiectum ꝛ sub

eadē ratione formali. ergo etiā duo habitus possunt respicere eandē formalē rōnē in obiecto. ꝯñtia videt̄ nota. Minor ꝓbat̄. Naz albedo sub rōne coloris cognoscitur tam a visu q̄z a sensu cōi ꝛ ab intellectu. ¶ Sexto. Id a quo res habet vnitatē ꝛ distinctionē specificā / est intrinsecum ipsi rei. Sed obiectū nō est intrinsecuz habitui. ergo ꝛc̄. minor pꝫ ex se. Maior ꝓbat̄. Principiū formale ꝛ effectus formalis nō possunt abinuicē separari. Sed formale distinctiuū ꝛ formalis distinctio se habēt vt principium formale. ꝛ vt effectus formalis. ergo in quocūqꝫ est formalis distinctio. in eo est formale distinctiuum.

Sexta rō.

Rñ

Respondeo Et p̄us premitto ꝙ aliud est loqui de numerali distinctione habituū: ꝛ aliud de distinctione specifica. Naz satis cōstat ꝙ numeralis distinctio sumit̄ ex subis. Jō.n. Metaphysica Sor. est distincta numero a metaphysica Pla. qꝛ hec est in vno itellectu / ꝛ illa in alio. Intellectus vo distinguunt̄: qꝛ sunt distinctaruz animaꝝ. aie vo distinguunt̄: vt infra dicemus de p̄ncipio indiuiduationis per mām. ¶ Sed loquēdo de distinctione specifica que est formalis. Nā distinctio indiuiduorū est mālis: cū fiat tm̄ per mām. Dico ꝙ duplr̄ pōt accipi scia. Uno mō pro notitia precisa vnius ꝯclonis. Alio mō ꝓ aliqua totali scia aggregata ex partialibus notitijs partialiuz ꝯclusionum. ¶ Premitto scḋo: ꝙ duplr̄ p̄nt distingui scientie distinctione formali. Uno mō f̄m genus: sicut pħs 6° meta. tex. cō. z. distinguit speculatiuas in Nālē / Mathematicā / ꝛ Diuinā / Cōstat enim ꝙ hec distinctio non est f̄m spēs spālissimas. sed f̄m genus: qꝛ sub mathematica ꝯtinētur multe que spē distinguunt̄ inter se. ¶ Premitto 3°. ꝙ triplex pōt esse rō formalis. Prima est que se tenet ex pte scientis: ꝛ hec est per quā sciēs venit in notitiā obiecti. Hāc aūt rōnē formalē / nō appello spēm intelligibilē obiecti existentē in intellectu scientis: qꝛ ista est essentialr̄ ipse habitus / sed per hꝫ rōnē formalē intelligo ipsuz mediū / per qḋ sciens venit in notitiā obiecti. Nā si per demonstrationez scio terrā esse rotundā. ꝛ tu eandē ꝯclusionē tm̄ per mediū ꝓbabile aut per fidē. erit vtiqꝫ eadez ratio in obiecto. s. rotunditas. sed erit alia ꝛ alia ex parte sciētis. Scḋa est rō se tenens ex pte scientie / quā intellectus apprehendit ꝛ attingit in obiecto: ꝛ hec est ratio sub qua obm̄ cognoscit̄. ꝛ per quā ei insunt sue passiones: ꝛ hoc mō mobilitas est rō formalis subiecti nālis pħie: ꝛ entitas est rō subiecti metaphysice. in qua cōsiderat̄ de ente nō sub aliqua rōne cōtracta: puta sub rōne substātie / vel quātitatis. sed sub cōi rōne entis. ¶ Tertia est ratio se tenēs ex pte obiecti relatiue ad habitū: ꝛ hec est illa que denominat obm̄ inquantū est obm̄. Dr̄ eniz obiectū: qꝛ obijcit̄ potētie ꝛ habitui: ꝛ ideo vbi sunt diuersi modi se obijciendi. ibi est diuersa rō obiecti inquātū est obiectū. Istud pꝫ tam in habitibus q̄z in potentijs. In potentijs quidē. Nam color obijcit̄ visui / ꝛ intellectui / ꝛ voluntati a qua amari pōt: sed modus quo obijcitur visui est imutando ipsuz per mediū extrinsecū absqꝫ reali alteratione medij ꝛ organi. Unde si volumus diffinire obm̄ visus inquantū est obiectū. dicemus ꝙ est imutatiuū visus ꝑ mediū extrinsecū ꝛc̄. Color aūt obijcit̄ intellectui causando sui spēm representatiuā qdditatis in vl̄i. Et ideo diffiniemus obm̄ intell̄s dicētes / ꝙ est imutatiuū eius ꝑ sui silr̄itudinem representantē qdditatē vl̄ez. Idē color imutat volūtatē trahendo eā ad se post sui cognitionē. Patet ēt in habitibus. Nam obiectū Metaphysice est scibile per mediū separatum a mā oīno. Obiectū Mathematice est scibile per mediuz separatū a mā sensibili tm̄. Obiectum Nālis pħie est scibile per mediū separatū a mā sensibili pticulari. nō cōi. Distinguunt̄ aūt he rōnes: qꝛ tm̄ scḋa attingit̄ per intellectū. Dum scio vnā ꝯclonē demonstratā. nō ꝓpter hoc apprehendo ꝙ ipsa sit demonstrata: sed dum scio hoiem esse risibilē: qꝛ est aīal rōnale: opꝫ me apprehendere hoiez esse aīal rōnale: qꝛ ꝯclo nō scit̄ nisi sciant̄ premisse. vt dr̄ p̄ posterioꝝ. tex. cō. 5. Scḋo distinguunt̄: qꝛ hec scḋa rō est per quā subiecto insunt passiones. nō aūt alie sunt causa huius inherentie. ¶ His p̄missis que partim sunt Gregorij ꝛ partim Petri de palude p̄mo sniaꝝ. hec est p̄a ꝯclusio. ¶ Formalis rō se tenens ex parte scientis nō facit ꝓprie distinctionē scientiaꝝ: sed distinguit sciam a quibusdā alijs habitibus. s. a fide vel opinione. ¶ Pria pars huius ꝯclonis ꝓbat̄. Id in quo oēs scientie cōueniunt / nō facit distinctionem in scientijs. sed cōuenientiā. Sed oēs ꝯueniūt in vno generali mō: qui est acqri per demōstrationē. vt pꝫ p̄ posterioꝝ. qꝛ syll̄s demonstratiuus est syll̄s scientialis. idest faciens scire. ḡ nulle scie possunt distingui ex hꝫ ꝙ alique sint acqsite per demonstrationē ꝛ alique nō. ¶ Scḋa ps ꝓbatur. Assentire ꝯcl̄oni ex sola auctoritate dicētis / est assensus fidei: assentire aūt ex euidentia ꝯclonis resolute in sua p̄nᵃ / est assensus scientialis. ḡ isti modi faciunt distinctionē iter scientiā ꝛ fidem. ¶ Ex ista ꝯclusione pꝫ / ꝙ si discipulus aliquis assentiret oībus ꝯclonibus sibi ꝓpositis a docente ꝓp solā auctoritatē dicentis: ꝛ alius assentiret ꝓpter earuz euidentiā in suis p̄ncipijs. ꝙ isti habitus ab eis acqsiti non distinguerent̄ sicut due scientie. sed sicut scia ꝛ fides. ¶ Sed quid si deus reuelaret alicui notitiam huius ꝯclusionis. hō est risibilis. esset ne ista notitia eiusdē rōnis cum ea quam Sor. acquisiuit ex demonstratione de eadem cōclusione. ¶ Rñdeo ꝙ ista sunt negocij theologici: tm̄ dr̄ breuiter / ꝙ si iste assentiret illi ꝯclusioni solum. qꝛ a deo dicta est absqꝫ infusione alicuius noui luminis. ipse haberet tm̄ fidē de illa ꝯclusione: sicut etiā dum assentit dictis ab aliquo hoie: ꝛ hic dr̄ fides acqsita. Si vo infunderet̄ ei lumen. quo mediante assentiret ꝯclusioni absqꝫ euidentia ꝯclonis: ipse haberet infusaz fidem: ꝛ hoc mō nos assentimus articulis fidei. Si vo infunderet deus isti lumen aliqḋ supnāle. quo mediante nō tm̄ assentiret cōclusioni. sed ēt de ipsa haberet euidētiā. iste vtiqꝫ nō acquireret fidē: sꝫ altiorē notitiā qꝛ fides requirit ineuidētiā: ꝛ hec notitia distingueretur a scientia ꝓprie dicta. qꝛ demonstratio que est mediū ad acquirendā scientiā / est alterius rationis ab illo lumine diuino. Utrū autē deus possit dare aliquod tale lumen altius fide nō est presentis speculationis. Nam etiaz predicta inuite dixi: sed ideo dixi vt magis pateret veritas p̄me cōclusionis. ¶ Scḋa ꝯclusio. Generica distinctio sciaꝝ speculatiuarū sumit̄ ex distinctione formalis rationis obiecti: inquātum est obiectū: ꝛ nō ex ratione formali que attingitur in obiecto. Ista ꝯclusio habet̄ a pħo in hoc sexto libro. Ex cuius doctrina sic arguit̄. Speculabile per omnimodam abstractionē a mā / est obiectū metaphysice. Speculabile per abstractionē a mā sensibili / ꝛ nō a mā intelligibili / est obm̄ mathematicaꝝ. Speculabile per abstractionē a mā sensibili particulari ꝛ non cōmuni / est obm̄ nālis pħie. vt dr̄ in textu. Sed predicte sunt rōnes formales istoꝝ obiectoꝝ. inq̄ꝫtum sunt obiecta. i. inquātū habent imutare intellectū ad acquirendū istos habitus. ergo isti habitus distinguuntur ex formali rōne obiecti. inq̄ꝫtum est obiectuz. ¶ Scḋa pars ꝯclusionis probat̄. Eandē rōnem formalē considerāt due scientie generē distincte. ergo nō distinguuntur per illam rationem in obiecto. cōsequentia patet. Antecedens ꝓbatur. Nam rotunditatē terre ꝯsiderat Naturalis ꝛ Astrologus. Sed iste saltem. vt ꝓbant terraz esse rotundā distinguunt̄ generē: qꝛ astrologia in ꝓbatione illius ꝯclusionis accipit tm̄ medium mathematicum. s. distantiam ꝛ magnitudinem stellarum ꝛ huiusmodi. Mathematice autez sunt alterius generis a naturali. ergo ꝛc̄. Et quia huic generali

Margin notes (left column): Sexta rō. — Rñm̄ p̄m. Distinctio habituum numeralis est ex subiectis. — Unū sit specifica distinctio habituum. — Rñm̄ 2m. — Tripx̄ rō formalis. Rñm̄ 3m. — Nota. — Obiectuz visus. — Obiectuz intellect9.

modo obiectorum.inquantum obiecta sunt.sumunť ꝓporționabiľr media demõstrationũ.ideo distinguunť scie ſm genus etiã ex talibus medijs. Nam media in demonstrationibus nãlibus/cõcernunt mãm sensibilez.grã exempli: ꝓbamus terrã esse rotundã per grauitatẽ partiũ.cõstat aũt ꝙ grauitas est qualitas sensibilis tactu. Media ꝟo in mathematicis cõcernunt mãm intelligibilẽ.s.quãtitatẽ. In demonstrationibus aũt Metaphysicis media nullam mãm implicant. Dicuntur aũt huiꝰ obiecta ⁊ media facere distinctionẽ genericã:qꝛ nõ possunt reduci ad aliqđ vnuz genus scibilis inquãtũ est scibile:vt magis patebit qõne sequenti.

Corolla[m] ¶ Ex his seqť corollarie ꝙ nõ quelibet diuersitas demonstrationũ facit distinctionẽ genericam scientiaꝝ. Nam in phĩa nãli demonstrať per oẽs causas:vt diciť 2° physi.tex.cõ.70.demonstratio aũt que est per mãm distinguiť ab ea que est per finẽ:sed oẽs iste demonstrationes habẽt eundẽ modũ cõmunẽ:qꝛ oẽs cõcernunt aliqd pertinẽs ad motuz.

Cõclo 3° ¶ Tertia ꝯclusio. Unitas specifica scientiaꝝ non sumitur ex formali rõne obiecti.inquãtuz est obiectũ:sed ex ea que sibi cõuenit inquantũ est res quedã. ¶ Prima pars ꝓbatur. Scientie distincte ſm speciez cõueniunt in formali rõne obiecti inq̃ꝫtũ est obm.ergo illa rõne non distinguunť. ꝯñtia pz. Añs ꝓbať. Arithmetica ⁊ geometria distinguunť specie:⁊ simil'r sciẽtia libri de celo:⁊ sciẽtia libri de generatione. Sed iste cõueniunt in eadem rõne.ergo ⁊c̃. Maior ꝓbať:quia plus distinguitur arithmetica a geometria.q̃ꝫ due geometrie inter se:⁊ plus scientia de celo a scia libri de generatione.q̃ꝫ due sciẽtie de celo inter se. Sed due geometrie differunt solo numero.ergo ille differũt plusq̃ꝫ numero.⁊ per ꝯñs distinguunť specie. Minor etiam ꝓbať:quia arithmetica ⁊ geometria cõueniunt in hoc ꝙ est cõsiderare obiectũ per abstractionẽ a materia sensibili/⁊ nõ ab intelligibili:⁊ scientia de celo ⁊ de generatione ꝯsiderant obiectũ cõcernens mãm ⁊ motum. ¶ Scđa pars eiusdem conclusionis probať. ¶ Primo. Distinctio ⁊ vnitas scientiaꝝ sumitur ex formali rõne obiectorũ:qꝛ vt diciť 3° de aĩa.tex.cõ.38.scientie secanť quemadmodũ ⁊ res. Sed distinctio ⁊ vnitas specifica nõ accipiť ex ratione obiecti.inq̃ꝫtum est obiectum.ergo accipitur ex rõne que sibi cõuenit inquãtũ est res. ¶ Scđo. Distinctio ⁊ vnitas specifica inde accipiť. vnde accipiť distinctio ⁊ vnitas specifica demonstrationũ. Sed hec sumiť ex tali ratione formali.ergo ⁊c̃. Maior nota. Minor ꝓbatur. Distinctio ⁊ vnitas specifica demõstrationũ sumiť ex vnitate ⁊ distinctione p̃ncipioꝝ. Sed distinctio p̃ncipioꝝ sumitur ex formali ratione obiecti:quia ipsa formalis ratio obiecti est ipsa eius diffinitio.si obiectuz sit diffinibile.diffinitio aũt subiecti/est p̃ncipiuz siue mediuz in demonstratione. ¶ Ex ista conclusione sequunť tria corollaria.

Cor[m] p[m] ¶ Primuz est ꝙ Metaphysica est vnius speciei in quolibet itellectu humano. Probať. Quelibet metaphysica respicit eandẽ rõnez formalẽ adequate.s.rationẽ entis inq̃ꝫtum ens.ergo quelibet est eiusdẽ rõnis.ꝯñtia pz. Añs ꝓbať. Si daretur aliqua rõ que nõ respiceret adequate rationẽ entis/iam nõ esset metaphysica. Confirmatur. Si distinguerenť.hoc nõ esset:nisi qꝛ ratio entis cõtraheret per differentias in aliquas species per se diuidentes rationem entis. Sed hoc est improbatũ.g̃ ⁊c̃.

Cor[m] 2[m] ¶ Scđm corollariuz. Scientia libri de celo est alteriꝰ rõnis a scia libri de generatione. Probatur.qꝛ earuz subiecta habẽt distinctas rationes formales. Nam subiectuz libri de celo est ens mobile ad vbi.⁊ subiectũ in libro de generatiõe est mobile ad formam. Iste aũt differentie per se sunt diuidẽtes mobile inquantũ est mobile.

Ad 8m uidua pfecte: qꝛ in illo priori nō hz oia que ptinēt ad indiuiduationē: puta distinctionē. Ad pbationē negat̄ minor. Et dr̄: ꝙ suba inquātū est subm hz quidē oia alia ptinentia ad indiuiduationē: sed nō hz distinctionē que est a quātitate. ❡ Ad 9m dr̄: ꝙ idiuidua sube quantū ad id per qd di

Ad 9m stinguunt̄ non ptinent ad pdicamentū sube: sed quantum ad id per quod sunt incōmunicabilia.

❡ Utrum quantitas interminata sit principium indiuiduationis. Questio. XXXV.

Cap. 2. d. 3. c. 2. Queritur 35°. Utrū quātitas interminata sit pncipiū indiuiduatiōis: aut potius quātitas terminata. Et videt̄ ꝙ q̄titas terminata/ nō sit tale pncipiū. ❡ Primo.

Prima rō Quātitas terminata ꝯsequit̄ eē forme in mã. g ꝯsequit̄ ei⁹ idiuiduationē. ⁊ per ꝯn̄s nō causat eaz: an̄s pz. Consequētia pbatur: qꝛ quātitas ꝯsequit̄ formā: ideo forma est cā eius. Sed sicut se hz forma ad quantitatē: ita hec forma ad hanc quātitatē. ergo sicut forma est cā q̄titatis. ita hec forma est causa huius quātitatis ⁊ sue terminationis.

Scda rō ❡ 2°. Uariato pncipio formali/ necesse est ꝙ variet̄ effectus. Sed quātitas terminata variat̄: vt pz in cera habēte successiue diuersas figuras: ⁊ in his que augent̄ ⁊ in rarefactis. ergo si quātitas terminata est pncipium indiuiduationis. sequit̄ ꝙ variet̄ indiuiduatio sube: vel ergo variabitur quo ad intensionē ⁊ remissionē. ⁊ hoc non: qꝛ vnū indiuiduū nō est magis indiuiduū q̄ aliud: vel variabit̄ quo ad identitatē ⁊ diuersitatē: ⁊ sic aqua rarefacta p calorem nō erit eadē que prius fuit. Maior pz: naz impoe est variari albedinē/ quin variet̄ esse albū: ⁊ ita apparet in alijs formis: nec pōt dari vlla instantia. Minor etiaz declarata

Tertia rō est. ergo ⁊c̄. ❡ 3°. Per pus. materia est hec/ q̄ recipiat hāc formā: ⁊ prius recipit hanc formā/ q̄ recipiat hanc quātitatē. ergo quātitas ꝯn̄s formā/ nō est illa per quā materia recipiēs formā/ est hec materia. Maior pz: quia forma nō est hec. nisi quia recepta est in hac materia. Minor etiam patet: quia quantitas consequitur formam.

Respondeo In ista qōne pmo declarabit̄/ quid intelligendū sit per dimensiones terminatas ⁊ interminatas quātū ptinet ad hoc ppositū: qꝛ de ipsis erit specialis qō in 8° hui⁹. Scdo dicet̄ ad quesitum. ❡ Quantū ad primū ascribūt qdaz Cōmen. eum putasse pexistere quasdaz dimensiones in mã que nunq̄ ab ea separant̄: sed manēt eedē in generato ⁊ corrupto: ⁊ istas appellant dimensiones interminatas: ⁊ p has distinguuntur indiuidua: qꝛ eniz forma recipit̄ in mã habēte has dimensiones que nunq̄ ab ea separant̄. ideo hec forma est hec: ⁊ ita general'r dr̄ de oibus formis. ❡ Sz qd senserit Cōmē. ⁊ qd veritatis habeat hec opio infra dicet̄. Per dimensiones aūt terminatas ⁊ interminatas non intelligo diuersas entitates. Sz vnaz ⁊ eandē que diuersimode ꝯsiderata/ dr̄ terminata ⁊ interminata. Probat eniz Phs. 4. phy. ꝙ aliquid pōt rarefieri ⁊ ꝯdensari dato ꝙ quātitatē pexistentē nō perdat. sed ꝙ eadē ꝯseruet̄: ⁊ hoc ideo est. qꝛ eadē nūero q̄titas est in potētia ad hoc ꝙ sic vel sic terminet̄: siue talis terminus sit extrinsec⁹ sicut supficies est termin⁹ corporis extrinsecus: cuz sit entitas a corpore distincta: vt pbauimus in 5° huius: siue sit terminus itrinsecus/ sicut bicubitū est termin⁹ itrinsecus corporis bicubiti: cuz nō sit res ei supaddita. ❡ Potest ergo quātitas aliqua: puta quantitas aeris/ ⁊ quelibet alia rerū corporaliū dupl'r ꝯsiderari. Uno mō in rōne dimensionis pcise abstrahēdo ⁊ pscindēdo eaz a quolibet termino. lz nunq̄ existat absq̄ termino: ⁊ sic dr̄ dimensio interminata: quia intell's eaz apprehēdit nō apprehendēdo aliquē terminū eius. Alio mō pōt cōsiderari vt hz aliquē terminū: puta supficiē: ⁊ put est bicubita aut tricubita. ⁊ sic de alijs: ⁊ hoc mō dr̄ dimensio terminata. Predicte aūt dimensiones iterminate sunt in potentia ad seipsas: vt sunt terminate. Nō ꝙ dimēsiōes iterminate sint pure in poa ⁊ nō in actu. cū sint dimēsiones simpliciter. ⁊ ad sensuz demōstrabiles: sed dicunt̄ eē in potentia: qꝛ ꝯsiderant̄ per abstractionē a quolibet termino: cum tn̄ semp in actuali existētia aliquē terminū habeant.

Quid q̄titas terminata ⁊ interminata sit.

Distinctio

Quantum ad 2m/ dico ꝙ taz dimensiones terminate q̄ interminate sunt pncipiū idiuiduationis: sed al'r ⁊ al'r. ❡ Ad cuius euidētiaz est sciendum ꝙ cū materia de se idiuisibilis sit ⁊ reddat̄ diuisibilis tn̄ per quātitatē: hāc diuisibilitatē hz a dimensionib⁹ iterminatis ita ꝙ si p impoe in mã eēnt dimensiōes ⁊ quātitates nullū habētes terminū: puta si in mã esset corporeitas absq̄ oi supficie/ ⁊ nō eēt bicubita nec tricubita: nec vlluz alium terminū haberet aut intrinsecū aut extrinsecū. talis materia eēt diuisibilis: qꝛ eēt quāta: nullam tn̄ actu haberet diuisionē: ⁊ quia ad hoc ꝙ vnū idiuiduū ab alio sit distictū/ psupponitur materiā esse diuisibilē: qꝛ nisi eēt diuisibilis nunq̄ diuideret̄ in partes. ideo dimensiones interminate sunt pncipiū idiuiduationis originatiue ⁊ psuppositiue: qꝛ ab eis hz mã/ ꝙ sit diuisibilis in partes eiusdez rōnis. Qꝛ vo impoe est materiā esse actu distinctā in partes nisi dimensiones que sunt in mã habeāt disticktos terminos. i. distinctas supficies ⁊ lineas: p quas distinguantur. ideo a dimensionib⁹. vt sunt terminate/ hz indiuiduū ꝙ sit actu ab alijs distinctū. Et ideo ꝯcluditur ꝙ dimensiones terminate sunt pncipiū idiuiduationis quātuz ad id qd vltimo est de rōne indiuidui. s. quātuz ad eē actu distinctū: ⁊ quantū ad esse actu signatum ⁊ demonstrabile.

Tā q̄titates terminate q̄ interminate sūt pnm idiuiduatiōis.

Ad argumenta rn̄det̄. ❡ Ad pmū negat̄ ꝯn̄tia accipiēdo indiuiduationē forme quo ad ei⁹ distinctionē. Ad pbationez dico: ꝙ hec forma est cā hui⁹ q̄titatis quo ad entitatē ei⁹. nō tn̄ est cā ꝙ hec q̄titas sit hec quātitas. sed ecōtra. ❡ Ad 2m negat̄ minor. nō eni variat̄ quātitas terminata. vt est pncipiū idiuidua

Ad pmū

Ad scdm

tionis.quātitas eniȝ non indiuiduat.ꝑut hȝ hunc specialē terminū.puta vt est bicubita:sed indiuiduat ꝑut est quāti tas terminata:quicūqȝ terminus sit ille:ꝛ ideo quādiu ma net eadē numero quātitas.lȝ varieť terminus eius ꝛ hēat diuersos terminos successiue/semꝑ manet idē indiuiduū. Quia tñ q̄ȝtitas successiue recipiēs aliuȝ ꝛ alium terminū/ pōt dici quātitas iterminata respectu eius que semꝑ eun/ dē numero terminū hȝ:sicut est quātitas celi:ideo aliqñ di xit hea.Tho.ꝙ quātitas iterminata est ṗncipiū iditidua/

Ad tertiū tionis in indiuiduis subaruȝ corruptibiliū.¶ Ad 3m ne/ gatur minor:lȝ mā prius recipiat formam q̄ȝ quātitatē.tñ nō ṗus recipit formā:vt est hec:qꝛ nec forma nec materia est hec nisi per quātitatē.Ex quo pȝ:ꝙ forma subalis ꝛ q̄ȝ/ titas ꝛ materia se mutuo p̄cedūt.Naȝ mā quo ad suā enti/ tatē potentialē/prior est tam forma q̄ȝ q̄ȝtitate.Forma vo quantū ad esse est prior mā ꝛ quātitate:qꝛ neutrū istorum est/nisi per formā.Quantū vo ad esse distinctū/quantitas est prior materia ꝛ forma:quia nec forma nec materia ha/ bent distinctionem:nisi a quantitate.

¶ Textus cōmenti.42.

¶ Nunc autem dicamus primum.

¶ Hoc loco disputat quomodo diffinitio dicat aliqd vnū.

¶ Circa quod queritur.

¶ Utrū gen⁹ ꝛ dr̄ia/distinguanť tm̄ rōne. Qō.XXXVI.

Cap.1.d. 8.q.3.c.2. Queritur 36°.Utrum gen⁹ꝛ dr̄ia di/ stinguātur tm̄ rōne.Et ar/

Pria rō. guitur ꝙ nō.¶ Primo/eadē realitas non pōt esse ṗnm realis ꝯueniētie ꝛ realis disti ctionis.Sȝ realitas gn̄is est ṗnm realis cō/ uenientie.homo eniȝ ꝛ equus realr̄ ꝯueniūt in nā aialis.dr̄ia aūt est ṗnm realis dr̄ie:qꝛ hō per rōnale realr̄ differt ab equo.ğ gen⁹ ꝛ dr̄ia nō sunt

Scōa rō. eadē realitas.¶ 2°.Sicut se hȝ tota diffō ad diffinituȝ:ita ꝑtes diffōnis ad partes rei.Sed tota diffō significat diffi

Tertia rō nitū.ergo ꝑtes diffōnis significāt ꝑtes rei.¶ 3°.Sequitur ꝙ in diffōne eēt nugatio.Sed hoc est falsuȝ.ergo ꝛc̄.Con/ sequētia pȝ:qꝛ idē bis diceret.¶ Rn̄debitur forte ꝙ nō valet ꝯn̄tia:qꝛ lȝ genus ꝛ dr̄ia dicant eandē reȝ.non tñ sub eodē ꝯceptu.Sed cōtra.Hic est nugatio.bipes habēs pe/ des.ꝛ tñ idē dr̄ bis sub alio ꝛ alio conceptu.ergo rn̄sio illa

Quarta ratio. est nulla.¶ 4°.Nullo intellectu ꝯsiderante/natura gene/ ris est ꝯtrabibilis:ꝛ natura differētie est ꝯtrahens.ergo di

Quīta rō stinguiť plusq̄ȝ ratione.¶ 5°.Unius rei pōt haberi vnus cōceptus adequatus.cuȝ vna res sit vnū cognoscibile:sed eius qō significať per genus ꝛ differentiā non pōt habe/ ri vnus adequat⁹cōceptus:alioqn nō fierēt necessario isti

Sexta rō. duo.ergo nō est eadē entitas.¶ 6° Ea que imutant intel/ lectū ad diuersas sciētias/sunt distincte entitates.Sȝ gen⁹ ꝛ differētia sunt h⁹.ergo ꝛc̄.Maior pȝ.qꝛ talia ita imutāt itellectū:sicut est natus imutari a distinctis reb⁹.Minor probatur.Naȝ de linea visuali rōne sui generis.s.linee/est geometria:rōne vo differentie que est visualitas/est pspe/

Septima ratio. ctiua.¶ 7°.Distinctorū actuū/sunt distincta obiecta:quia actus per obiecta distinguunť 2° de anima.ergo si ꝯcept⁹ gn̄is ꝛ differētie sunt distincti p̄supponitur ꝙ obiecta sint

Octaua ratio. ante distincta.¶ 8°.Si natura gn̄is extra itellectuȝ est oi/ no idē cū differētia/aut est idē cū vna tm̄ differētia:aut cū oībus.Non cū vna tm̄.alioquin genus nō p̄dicaretur nisi de vna specie.Si cū oībus.ergo vel sūt tot nature generi/ ce:quot sunt differētie:vel oēs differentie ꝯueniunt in vna

Nona rō nā generica:ꝛ per ꝯn̄s sunt idē inter se.¶ 9°.Sequitur ꝙ deus nō posset intelligere genus ꝛ dr̄iam.vt duo obiecta. Sed hoc est falsuȝ.deus eniȝ intelligit ea eē distincta.Cō/ sequētia probatur.Ois cognitio quā hȝ deus est intuitiua: alioquin eēt imꝑfecta.Sed notitia intuitiua est rei.vt est existēs realr̄ extra aiam.ergo nō pōt cognoscere intuitiue aliqua esse distincta:nisi realiter sint distincta.

Respondeo per vnicā ꝯ̄nem que est ista.Genus ꝛ dr̄ia distinguunť tm̄ rōne.Ante aūt q̄ȝ ꝓbetur:opȝ declarare qd sit distinctio realis:ꝛ qd sit di stinctio rōnis.¶ Ad cuius euidētiā est sciēdū/ꝙ distictio realis est distinctio rerū qbus cōuenit distō p̄ter oēȝ ope/ rationē intell's:ita ꝙ h⁹ res sunt distincte.dato ꝙ non sint obiectiue in intellectu/siue necessario siue ꝯtingēter conse quanť se in actuali existentia.Isto mō Sortes ꝛ albedo/ꝛ suꝑficies ꝛ color/ꝛ oē subm ꝛ sua passio/realr̄ distinguunť: lȝ vnū sine altero esse nō possit.Dicunť autem realr̄ disti/ gui:qꝛ sunt distincte realitates.Et silr̄ ēt ea que sunt subti/ ue in intellectu:puta spēs/ꝛ act⁹ intelligēdi hn̄t realē disti/ ctionē:qꝛ posito ꝙ intell's nihil de eis ꝯcipiat:adhuc vnū nō est aliud.¶ Distinctio aūt rōnis est illa que ꝯuenit re/ bus solū.vt hn̄t eē in itellectu:nec eis ꝯuenit nullo intelle/ ctu actu itelligēte:ita ꝙ in realitatib⁹ earū nulla est distin/ ctio:nec s̄m eē qō habēt extra itellectū.sed tm̄ s̄m esse qō in itellectu habēt:qꝛ eniȝ de vna ꝛ de eadē re format itell's distinctos ꝯceptus:ideo illa res vt stat sub vno ꝯceptu di/ stinguiť rōne a seipsa.vt stat sub alio.Ex his arguiť ad ꝯ/ nem.¶ Ois distō:aut est realis:aut est rōnis tm̄.Sȝ gn̄is ꝛ dr̄ie:nō est distinctio realis.ergo eoꝝ est tm̄ distictio rō/ nis.Minor ꝓbatur ꝑ ṗncipia eoꝝ qui dicūt hāc distōnē non esse tm̄ rōnis.Oē absolutū ab alio realr̄ distinctū/pōt eē alio nō existēte.Sȝ nā generica nō pōt eē sine dr̄ia.ergo non distinguunť realr̄.Maiorē hui⁹ rōnis ipsi ꝯcedunt:ꝛ ꝑ eaȝ ꝓbant ꝙ mā pōt esse sine forma.Minor est phi in textu di.ꝙ genus nō pōt eē sine spēbus.Et ꝓbať rōne:qꝛ nā gn̄ica separata ab oībus differētijs:nihil aliud eēt/nisi idea:ꝛ sic rediret opio Platonis de ideis.Maior vo ṗnci palis rōnis ꝓbatur.Nulla passio excedit suuȝ subm.alio/ quin non eēt ei adequata:ꝛ sic eēt dare passionē/nō habē/ tē subm.de quo posset ṗmo demōstrari.Sȝ idē ꝛ distictio sunt passiones entis:vt pȝ.5.meta.tex.cō.16.ergo non hn̄t se in plus q̄ȝ ens.Sed oē ens est/aut reale:aut rōnis:vt pȝ 5.ꝛ.6.meta.tex.cō.13.ergo ois distictio est realis/vel rōnis. ¶ Ad hoc solet dici ꝙ ens reale.vt distiguiť ꝯ̄ ens ratio/ nis.nō solū accipiť pro realitate:sed ēt pro oi modo/q con uenit rebus extra aiam:ꝛ ideo distinctio h⁹ entis sic acce/ pti nō est rōnis nec ꝓprie realis.sed est media:ꝛ dr̄ distin ctio ex nā rei.¶ Sed ꝯ̄.Suppono ꝙ ens extra aiaȝ suffi/ ciēter diuidať in.10.p̄dicamenta:alioquin oporteret dare 11m ṗntū.Tūc arguo sic.Iste modus aut est suba:aut acci dens.Si accidēs:ergo distinctio ipm ꝯn̄s est realis:qꝛ oē accidēs dicit quādaȝ realitatē.Si suba/ğ vel mā/vel for a/ vl' ꝯpom vt dr̄ 2° de aia ꝛ 7° meta.Sȝ qōcūqȝ istorū deť/di stictio erit realis.ğ ꝛc̄.¶ 2°.Quicqd ꝑ se poniť in gn̄e est vera realitas.Sed hec distinctio si nō est per opus itell's/ ponitur per se in gn̄e.ergo ꝛc̄.Maior pȝ.Minor ꝓbatur. Ois relo que nō est per opus rōnis/poniť per se in genere relōnis:cū de seipsa p̄dicenť gn̄a ꝛ spēs.Sȝ distinctio est relo..ergo ꝛc̄.¶ 2° ṗncipalr̄ arguiť.Qn̄cūqȝ aliqua res po tentialis ꝛ prior respicit plures actualitates/deus pōt eam transmutare de vna actualitate in aliaȝ.Sȝ realitas gn̄is ꝑ te est potētialis/ꝛ est ṗor realitate cuiuslibet dr̄ie.ğ deus posset transmutare animalitatē a rōnabilitate in irrōnabi litatē ꝛ eꝯ̄:qō euidēter est falsuȝ.¶ 3°.Ois realitas eo for/ maliter mouet visuȝ quo disgregat aut cōgregat:alioquin posset disgregare aut cōgregare sine motione.Sȝ albedo disgregat rōne sue differētie que est disgregatio/ꝛ mouet. ¶ Diceť forte ꝙ maior est falsa/nec ꝓbatio valet:quia lȝ sint distincte.tñ vna nō pōt esse sine alia.¶ Sed contra.

Mouere

Mouere visum distinguit per te a cōgregare visum: ꝛ est prius mouere q̄ congregare ꝛ disgregare. ergo in illo pori monet visum ꝛ non ↄgregat nec disgregat: qđ est impossibile. (Quarta rō valida.) ¶ 4º. Ois realitas prior / distincta realr ꝛ essentialr ab alia: est ab ea separabilis. Sed genus est prius dr̄ia. sicut potentia actu: ꝛ in quibusdā. s. in his in quibus sunt plures forme / distinguitur essentialiter a differentia: vt concedit Scotus. ergo deus posset in istis facere gen⁹ sine dr̄ia: ꝛ p ↄñs posset facere animal: qđ nec esset rōnale nec irrōnale. (Quita rō.) ¶ 5º. Sequit̄ q a remotis citi⁹ videbit̄ hec albedo q̄ hic color / semp demōstrādo idē. ↄñs est euidēter falsum. alioquin disgregaret visum. ꝛ nō i mutaret. cū disgreget. inquātū albedo. ꝛ imutet inquātū color. Consequētia ꝓbat̄. Ois realitas actualior ꝛ pfectior alia intensiue ꝛ extensiue pōt a remotis ꝛ in maiori distātia aliquā potētiaꝫ mouere. Sꝫ realitas huius albedinis est actualior intensiue ꝛ extēsiue realitate huius coloris: qꝛ hic color dicit solū realitatē generis. hec albedo dicit realitatē gn̄is ꝛ dr̄ie. Item realitas indiuidui spēi est pfectior realitate idiuidui gn̄is. pma includit dr̄iam. ꝛ 2ª non. ergo ꝛc. Maior etiā pꝫ. qꝛ vnūqđq̄ agit inquantū est actu. ꝛ pꝫ ꝓbatio cōclusionis in se.

(Quō genus ꝛ dr̄ia ratiōe tm̄ differāt.) **Nunc restat** eā declarare. ¶ Ad cuius euidētiaꝫ est sciendū q genus ꝛ dr̄ia eandē reꝫ significāt. sed sub diuersis ↄceptibus. Nā genus significat eā ↄfuse ꝛ per modū determinabilis. dr̄ia ꝟo significat eā per modū determinātis. ↄceptus aūt ↄfusus ac determinabilis est ali⁹ a ↄceptu determināte. (Notādū 3) ¶ Sed est sciēdum q cū dico genus significare nām ideterminate. Istud pōt 3r intelligi. ¶ Primo q nā quā dicit genus sit realiter extra aiaꝫ ideterminata: ꝛ res quā dicit dr̄ia sit realr determinata. ꝛ hic sensus est falsus. qꝛ hoc inferret realē distictionē. ¶ 2º pōt intelligi q genus significet rem cuꝫ indeterminatione. dr̄ia ꝟo significet reꝫ cū determinatiōe: ita q determinatio ꝛ ideterminatio sint de pncipali significato generis aut dr̄ie. ꝛ hoc ēt est falsum. aliogn nūq̄ posset simul habere ↄceptū gn̄is ꝛ dr̄ie. qꝛ duꝫ intelligit aliqđ eē ideterminatū non pōt tunc itelligere ipm̄ eē determinatū. ¶ 3º pōt intelligi q determinatio ꝛ ideterminatio nō couenīat ipsis rebus / nec sint pncipalr significate p genus ꝛ dr̄iam. sed consequunt̄ modū intelligēdi. ita q nō ↄueniunt reb⁹ extra psertim ideterminato. sed solū vt habēt eē in intellectu: ꝛ iste sensus est verus. Pōt enim intell's apprehēdere nām animalis per abstractionē ab oībus differētys: ꝛ hūc conceptū siue apprehensionē ↄsequitur ideterminatio nō q intell's apprehēdat nām indeterminataꝫ. sic enim false apprehēderet. sed qꝛ ita apprehēdit eaꝫ. ac si eēt idetermi nata. Unde tota hec ideterminatio est in modo ↄcipiēdi. Pōt ēt intell's apprehēdere naturā animalis. vt est in homine. ꝛ sic apprehendit eaꝫ determinate. tales eniꝫ modi concipiendi cōpatiunt̄ se mutuo apud intellectum.

(Ad p̄mū) **Ad argumenta** respondet̄. ¶ Ad p̄mū negat̄ minor. quantū ad p̄maꝫ ei⁹ partē. Natura eniꝫ generica aut specifica. nullā habet vnitatē extra intellectū. vt infra ꝓbabit̄. sed tm̄ hꝫ vnitatē rōnis / couenientē ei p opus intell's. ꝛ ideo nō est pncipiū conuenīetie realis. sed tm̄ rōnis. dr̄ia ꝟo est pncipiū realis distictionis. ꝛ lꝫ homo ꝛ equus sint aial. non sunt tm̄ realr idem animal. (Ad scd̄m) ¶ Ad 2m negat̄ maior. sicut eniꝫ tota diffinitio significat totū diffinitū. ita quelibet pars diffōnis significat totuꝫ. nec pars significat partē. alioquin non p̄dicarent̄ in recto de ipso diffinito. (Ad tertiū) ¶ Ad 3m. Dicit̄ q rñsio data est bona. qꝛ ad nugationē opꝫ q repetat̄ ideꝫ ꝛ suo eodē ↄceptu. Ad iprobationē dico q exēplum nō est ad ꝓpositū: qꝛ ibi (Ad q̄rtū) repetitur idē ↄceptus. s. ↄceptus pedis. ¶ Ad 4m negatur aн̄s. Cuius ratio est. qꝛ ↄtrahere ꝛ cōtrahi sunt tm̄ act⁹ rōnis. nec ↄueniunt reb⁹ extra aiam. ꝛ ideo aial extra intellectū nō est ↄhibile: nec rōnale est cōtrahēs. Quicqđ enim ↄhitur est cōe: natura aūt ad extra. vt sic non est cōis: quia qcquid est: vnum numero est. (Ad q̄ntū) ¶ Ad 5m negat̄ maior. Loquēdo de ↄceptu simplici repñtāte reꝫ pfecte: sed sufficit q vnius cognoscibilis habeat̄ vnus ↄceptus cōplex⁹: per quē pfecte repñtet̄: ꝛ cuius quelibet pars iperfecte ipm̄ repñtet. (Ad sextū) ¶ Ad 6m negat̄ maior: qꝛ de eadē re pñt esse distincte scie: cū distinctio sciarū nō solū attēdatur penes distinctionē rerū: sed ēt penes distinctionē mediorum siue pncipiorū. Dico tm̄ q ↄceptus gn̄is ꝛ dr̄ie non sunt ita distincti: sicut cōceptus diuersarū rerū: qꝛ in his vnus est determinatio alteri⁹: nō aūt in illis qui sunt diuersaꝝ reꝝ. Ad id qđ dr̄ de linea visuali: dico q visualitas nō est essentialis dr̄ia linee. (Ad 7m) ¶ Ad 7m. Dicit q ad distinctionē actuū sufficit distinctio formalis obiectorū: hec autem distinctio formalis nō p̄existit actu in obiectis: sꝫ fundamētalr ꝛ potentialr. (Ad 8m) ¶ Ad 8m. Dicit̄ q natura gn̄ica extra intellectuꝫ est idē cū qualibet dr̄ia: ꝛ q tot sūt nāe aialis quot sunt differētie ꝛ spēs aialiū: dr̄ tm̄ animal eē tm̄ vnum genus: qꝛ ei nō attribuit̄ intētio gn̄is: nisi vt abstrahit̄ per intellectum ab oībus differētys. (Ad 9m) ¶ Ad 9m. Dr̄ q de⁹ nō cognoscit animal ꝛ rōnale hr̄e extra intellectū vllaꝫ actualē distinctionē: sed tm̄ potētialē / que reducit̄ in actū p opus rōnis. Intellectus aūt noster hꝫ ꝓpriam spēm animalis ꝛ ꝓpriam spēm rōnalis: per quas format duos cōceptus: quorū primus est ↄfusus: scd̄s ꝟo est distinctus. Qꝫ aūt dr̄ de cognitione intuitiua / ad reꝫ theologicam pertinet.

¶ Textus cōmenti. 43.

¶ Et ꝟo ꝛ oportet diuidi.

¶ Utrum differētia specialissima / includat oēs superiores formaliter. Questio. XXXVII.

Ueritur 37º. Utrū dr̄ia cōstitutiua spēi sp̄alissime / icludat formaliter oēs differētias cōstitutiuas geneꝝ superioꝝ. Et arguit̄ q non. (Prima rō) ¶ Primo. Si rōnale includeret differentias superiores: puta sensitiuū ꝛ aiatuꝫ: eadē rōne / etiā irrationale eas includeret. Sed hoc est falsuꝫ. ergo ꝛc. Maior pꝫ: qꝛ non apparet maior ratio de vna q̄ de alia. Minor ꝓbatur. Que sunt primo diuersa / in nullo ↄueniūt. Sed dr̄ie sunt p̄mo diuerse: vt dr̄. 10. meta. tex. cō. 12. ergo in nullo ↄueniunt. (Scd̄a rō) ¶ 2º. Hec ꝓpositio est imediata. Nullum rōnale est irrōnale. ergo rōnale ꝛ irrōnale in nullo ↄueniunt. Añs pꝫ: qꝛ ꝓbari nō pōt. Consequētia ꝓbatur: qꝛ negatiua nō pōt esse imediata nisi p̄dicatū ꝛ subꝫ in nullo ↄueniant: si eniꝫ in aliquo ↄuenirēt. tunc p id tāq̄ p mediuꝫ posset ꝓbari p̄dicatum remoueri a subto. (Tertia rō) ¶ 3º. Seqtur q in diffōne eēt nugatio. Sꝫ hoc est falsuꝫ: vt pꝫ 7º meta. ergo ꝛc. Consequētia ꝓbat̄. Si rōnale icludit sensibile: cuꝫ sensibile icludatur ēt in aiali tanq̄ dr̄ia ↄstitutiua: tūc dicēdo aial rōnale / bis diceret̄ sensibile. (Quarta ratio.) ¶ 4º. Sequitur q dare t̄ ꝓcessus in infinitū in differētys. Sꝫ hoc est ipōle: aliogn nulli⁹ rei haberet̄ pfecta notitia. ergo ꝛc. Consequētia ꝓbatur. Rōnale ꝛ irrōnale ↄueniūt in sensibili ꝛ distinguunt̄ iter se: ergo aliqua differētia distinguūtur / ꝛ non seipsis: quia que in aliquo ↄueniunt nō possunt seipsis distingui. Queritur ergo de his p que distinguuntur / quomodo differāt inter se: ꝛ sic in infinitū. (Quita rō) ¶ 5º. Sequitur q differētia eēt spēs. Sꝫ hoc est falsum: alioquin p̄dicabilia non eēnt. 5. ergo ꝛc. Consequētia ꝓbatur. Id est species quod p̄dicatur in quid de differētibus numero: ꝛ aliquid habet p̄dicatuꝫ de se in quid ꝛ aliud in quale: sꝫ differētia dr̄ de differētibus numero: ꝛ de ea aliquid p̄dicaret̄

in quid.s.differētia supior: ꝛ aliquid in quale.s.id per quod distinguitur ab alia differentia.ergo ꝛc̄.

Respondeo Qꝛ qꝛ bea.T.nihil de hac.q.exp̄sse loquitur:ideo gdā ex nostris varie sen/ serunt. ¶ Joā.cap̄.p̄.d.q.z.tenuit opionem Sco.di.ꝙ si i/ cludi formalr̄ in alio/nihil aliud sit q̄ȝ dicere eandē essen/ tiam cuȝ alio/sic differētia inferior includit oēs supiores: si aūt includi formalr̄ sit includi in formali ꝯceptu:sic est dicendū ꝙ nō. ¶ Quidā alij tenēt partē affirmatiuā dicē tes/ꝙ dr̄ia inferior/includit formalr̄ oēs dr̄ias superiores. Includi aūt vnū in alio formalr̄ est ip̄m claudi in forma/ li siue qdditatiuo cōceptu eius:sicut aial includit in hoie. Et hoc ēt sustinet̄ grā exercitij:lȝ mihi magis placeat pri/ ma opinio: p̄batur aūt ista ꝯclusio. ¶ Primo.Quicqd p̄/ dicatur de aliquo in abstracto includit̄ in formali ꝯceptu eius.Sȝ dr̄ia superior p̄dicatur:hoc mō de inferiori.g̃ ꝛc̄. Maior pȝ:qꝛ cū abstractū dicat tm̄ id qđ ad nām eius pti net:nihil pōt de eo p̄dicari nisi sit d̄ rōne ip̄si⁹.Minor est phi in textu p̄nti di.ꝙ fixio est pedalitas:ꝛ per fixionē ac/ cipit dr̄iam inferiorē:per pedalitatē ꝟo dr̄iam superiorē. ¶ Dicet̄ forte ꝙ ph̄s accipit abstractū p̄ ꝯcreto. ¶ Sȝ expresse apparet ꝙ hec glosā falsificat textum phi.Nam ꝑm hanc glossaȝ/hec ꝓpositio nō est vera.fixio est pedali tas. ¶ z°.Sequit̄ ꝙ ꝯceptus dr̄ie eēt ꝯceptus simplr̄ sim plex.Sed hoc est falsuȝ.ergo ꝛc̄.Falsitas p̄ntis pȝ:qꝛ cōce ptus dr̄ie nō est simplicior ꝯceptu gn̄is generalissimi:con/ ceptus aūt generis gn̄alissimi nō est simplr̄ simplex:cum sit resolubilis in plures ꝯceptus:resoluit enim conceptus sube in cōceptum entis ꝛ in cōceptū perseitatis.Consequē tia probatur:qꝛ ꝯceptus dr̄ie nō eēt resolubilis in plures ꝯceptus. ¶ 3°.Sequit̄ ꝙ differētie specifice eēnt de p̄mis p̄dicatis:p̄ns ē falsū:qꝛ sūt tm̄.10.p̄ᵃ p̄dicata simplicia siue 10.manerie s rerū:vt dic̄ Comē.8.meta.cō.8.g̃ ꝛc̄.Conse/ quētia p̄batur.qꝛ cū dr̄ia nō includat genus:si ēt nō inclu deret differētias superiores.sequit̄ ꝙ nihil haberet supra se:ꝛ per p̄ns eēt de p̄mis p̄dicatis. ¶ Dicet̄ forte ꝙ p̄ntia non tenet:qꝛ lȝ nō habeat p̄dicata directe:habet tm̄ indire cte. ¶ Sed hoc nō tollit rationē.Nā ēt p̄ma gn̄a habent aliqđ p̄dicatum indirecte.hec eniȝ est vera.Suba est aial: ꝛ tm̄ pp̄ hoc nō tollitur:quin sit de p̄mis predicatis.

Ad argumenta respondet̄. ¶ Ad p̄mū negat̄ minor.Ad p̄bationē dico ꝙ si intelligat̄ ꝙ p̄mo diuersa in nullo simplr̄ cōueniāt:sic est falsum:decē eniȝ gn̄a sunt p̄mo diuersa:vt dr̄.10.meta.tex. cō.13.ꝛ tm̄ ꝯueniunt in ente.Si autē intelligit̄ ꝙ nō cōue/ niāt in aliquo/qđ diuidat̄ per dr̄ias sic cōceditur:sed dicit̄ ꝙ dr̄ia superior quā includūt formalr̄ dr̄ie inferiores/non diuidit̄ differētijs:qꝛ distingiri p̄ differētias/ꝯuenit tm̄ ge neribus. ¶ Ad z^m negat̄ p̄ntia.Ista eniȝ est imediata:nul la suba est q̄ȝtitas p̄mo posterior:ꝛ tm̄ subm̄ ꝛ p̄dicatuȝ cō ueniunt in ente:nec per eas pōt p̄bari ꝙ q̄ȝtitas neget̄ vlr̄ de suba:qꝛ ens dr̄ de vtrisq̄ affirmatiue.Et silr̄ per sensibi le nō pōt p̄bari ꝙ irrōnale neget̄ vlr̄ de rōnali:qꝛ sensibi le de vtrisq̄ dr̄ affirmatiue. ¶ Ad 3^m negat̄ p̄ntia:quia nō est nugatio:si idē bis dicat̄:sed prius in cōi.ꝛ postea in spe ciali:puta si dicat̄ aial homo:ꝛ sic est in ꝓposito.Nam cū dico aial rōnale/dicēdo aial:dico sensibile:sed in cōi.Dicē do aūt rōnale:dico sensibile:sed magis specialr̄ ꝛ determi nate. ¶ Ad 4^m negat̄ p̄ntia.Ad p̄bationē.dico ꝙ nō opȝ ea que ꝯueniunt in aliquo ꝛ inter se distinguunt̄:distingui p̄ differētias:si talia sint ipsemet dr̄ie:ꝛ si illud cōe in quo ꝯueniunt nō diuidat̄ per differētias. ¶ Ad 5^m negatur cō sequētia loquēdo de idētitate formali.differētie enim non cōuenit intētio spēi.Ad probationē.dico ꝙ de differentia nihil p̄dicatur in quale:qꝛ ipsa nihil habet sibi additum: per quod distinguatur a differētia sibi opposita:sed distin guitur seipsa:vt dictum fuit.

¶ Utrū gen⁹ ꝛ spēs sint idē ꝯuertibilr̄. Qō.XXXVIII.

Queritur 38°.Utrū gen⁹ ꝛ spēs sint ideȝ inconuertibilr̄.Et arguitur ꝙ nō. ¶ Primo.Relatio realis reqrit extrema realr̄ disticta.Sȝ icōuertibilitas siue inadeq̄/ tio est relatio realis:ergo nō pōt esse inter ge/ nus ꝛ spēm/que sunt idē realr̄. ¶ Confirmatur.Equalitas reqrit distinctionē realē.ergo etiā ineq̄litas.Sȝ gen⁹ ꝛ spe cies nō distiguunt̄ realr̄.ergo nō sunt idē inequalr̄. ¶ z°. Ponere identitatē gn̄is ꝛ spēi incōuertibilē/est infringere oēm artē demōstrādi.ergo talis idētitas nō est ponenda: p̄ntia pȝ.Ans̄ p̄batur:qꝛ dum cōcluditur aliquid de spē p̄ genus/dicet̄ ꝙ est fallacia accidētis:ꝛ ꝙ lȝ maior ꝛ minor extremitas sint idē in medio:nō tm̄ sunt idē inter se:qꝛ me diuȝ est eis incōuertibile. ¶ 3°.Relatiua eq̄parentie mu/ tuo cōuertuntur.Sed idētitas est relatio eq̄parētie:nam idē est eidē idē:ergo q̄cquid est alicui idē/est ei cōuertibili ter idē. ¶ 4°.Maior est idētitas inter ea que sunt idē en/ titatiue/q̄ȝ inter ea que sunt equalia q̄ȝtitatiue.Sed due li/ nee nō possunt eē equales q̄ȝtitatiue:q̄n sint equales ꝯuer/ tibiliter.ergo si genus ꝛ spēs sunt idē entitatiue.opȝ ꝙ sint ideȝ ꝯuertibilr̄. ¶ 5°.Nulla res est incōuertibilis sibiip̄si: sicut nec excedit.nec est maior seipsa.Sed gen⁹ ꝛ spēs sūt eadē res:cū vnuȝ de altero qdditatiue ꝛ eēntialr̄ p̄dicetur: ergo vnū nō est alteri inconuertibile. ¶ 6°.Seqtur ꝙ in qualibet specie ꝛ in quolibet indiuiduo eēt duplex identi/ tas.Sȝ hoc ēst falsuȝ:quia sicut tm̄ vna est vnitas.ita vna idētitas.Consequētia p̄batur.Jdētitas cōuertibilis ꝛ idē/ titas incōuertibilis/nō sunt eadē idētitas.Sȝ spēs est ea/ dē cōuertibilr̄ sibiip̄si:ꝛ est eadē incōuertibilr̄ generi per te.ergo ꝛc̄. ¶ Jtem/terminus identitas conuertibilis est ipsamet species:terminus ꝟo identitas inconuertibilis est genus.ergo non sunt eadem identitas.

Respondeo Jn ista.q.p̄mittēda sunt aliqua.ꝛ po stea dicet̄ ad.q. ¶ Quantū ad p̄muȝ. ¶ Sciēdū p̄mo ꝙ dicere aliqd eē cōuertibile ꝛ inconuer tibile idē est:ac si dicat̄ ip̄m eē equale vel inequale ꝑm p̄/ dicationē:vnde sicut equale ꝛ inequale dicunt̄ ad aliō.qꝛ sunt relatiua.ita ēt ꝯuertibile ꝛ incōuertibile dicuntur ad aliud.ꝛ ideo sicut nihil dr̄ equale aut inequale sibiip̄si p̄/ prie loquēdo:ita nihil est cōuertibile aut icōuertibile sibi: sed tm̄ alteri/a quo distinguit̄ aut re:aut saltē rōne. ¶ Di/ cetur ergo vnum eē alteri cōuertibile ꝑm p̄dicationē/si ei adequatur in p̄dicando:ꝛ hoc reperitur in oibus.que ita se habēt/ꝙ de quocūq̄ p̄dicatur vnum/p̄dicatur etiaȝ re/ liquȝ.Ea ꝟo sunt inconuertibilia que opposito modo se habēt. ¶ Sciēdum z° ꝙ natura generica duplr̄ pōt con/ siderari.Uno modo ꝑm actualē eius existētiaȝ:ꝛ quia nō existit nisi in suis inferioribus:ideo vt sic.nulli idētificat̄ nisi in quo est:ꝛ ea que est in vno:nō est in alio.Jllud eniȝ animal qđ est homo nō est id qđ est asinus.Et ꝓpter hoc dixit bea.Tho.in tractatu de natura generis:aial quod p̄/ dicatur de hoie/idē est penitus quod homo.Alio mō pōt cōsiderari prout habet eē obiectiuū in itellectu.i.vt est co/ gnitum ꝛ app̄hensum per abstractionē ab oibus differen/ tijs ip̄m diuidētibus ꝑm quē moduȝ dr̄ habere vnitatem rationis ꝛ eē quoddam vnum in quo oēs spēs eius conue/ niunt.Et ad hunc sensuȝ loquēdo de genere r̄ndetur ad.q. ista ꝯclusione. ¶ Genus ꝛ spēs sunt idē inconuertibiliter. Que quidē ꝯclusio.non tm̄ vera est de genere ꝛ specie:sed ēt de quolibet superiori vniuoco/respectu suaruȝ partium subiectiuaꝝ.Et per genus ꝛ spēm:vt habēt eē in intellectu/ non accipio species aut cōceptus eorū formales qui sunt subiectiue

subiectiue in ītellectu, quorū vnus est vniuersalior in rep̄sentando q̄ȝ alius.s.cōceptus gñis & speciei:sed accipio cōceptus obiectiuos.s.naturā significatā per genus:& naturā significatā per spēm:puta hoc nomie, animal, & hoc nomine homo.Cuȝ eniȝ isti termini sint vniuoci:quilibet eoruȝ significat imediate aliquā vnaȝ naturā.Et breuiter intelligo in ꝯclusione ꝙ humanitas & animalitas ꝰm se ꝯsiderate, sunt idē incōuertibiliter.Qr eniȝ sint idē:nō oportet ꝓbare:qr vnū de altero p̄dicatur in quid.s.animal de homine:sed ꝙ sint idē incōuertibiliter:ꝓbatur.

Probat ꝯclusio. ¶Primo.Impossibile est ꝙ aliqua duo sint idē ꝯuertibiliter vni 3°:quin etiam sint idē ꝯuertibiliter inter se.Cuius ratio est:quia talis est vnio extremorum inter se:qualis est eorum in medio.Sed homo & asinus sunt duo que sunt idē in animali in quo ꝯueniunt:ergo si aial est idē cōuertibil'r vtrisq̄ eorū:sequit̄ ꝙ homo & asinus sunt idē.¶2°.Que sunt idem conuertibil'r, de quocūq̄ p̄dicatur vnuȝ:p̄dicatur & aliud:vt pȝ ex diffinitione conuertibiliū.Sed nō de quocūq̄ p̄dicatur genus, p̄dicatur spēs:qr animal dr̄ de equo, de quo nō p̄tur hō.ḡ &c.¶3°.Quicqd eidē hoi ꝯuertibil'r est tm̄ hō.lȝ aial nō est tm̄ hō.ergo &c.Maior pȝ:qr qd̄ est p̄cise homo:est tm̄ hō.Sȝ qd̄ est cōuertibil'r homo, est p̄cise hō:qr esse aliqd p̄cise & eē ipsuȝ adeq̄te siue cōuertibil'r idē significant.Minor ēt pȝ:qr aial est aliud q̄ȝ homo:est enim idē cū equo.ergo &c.¶4°.Id qd̄ est idem multis, & tanta idētitate vni quanta alteri.nulli eorum est idē cōuertibiliter & adequate.vt de se pȝ ex terminis.Sed genus est idē cuilibet speciei.& tanta identitate vni quanta alteri.quia cuilibet essentialiter.ergo &c.

Ad pmū **Ad argumenta** respondet̄.¶Ad primū negatur minor:cuius ratio est.quia conuertibilitas & incōuertibilitas opponunt̄.Est autē cōuertibilitas nihil aliud nisi idētitas adequata.Unde cum dico Sor.est idē sibi adequate.nō dico duos respect⁹.sed tm̄ vnū.& explico modū eius.Ita incōuertibilitas ei opposita est idētitas, & per incōuertibilitatē exp̄mo modū illi⁹ idētitatis.Unde sicut idētitas adequata est tm̄ rel'o rationis.ita & inadequata.¶Ad confirmationē.Dico ꝙ añs & ꝯñtia & ꝯñs vera sunt de equalitate & inequalitate quantitatiua:sed falsa sunt de equalitate & inequalitate ꝰm p̄dicationē.diffinitio enim & diffinitū sunt equalia ꝰm p̄dicationē:& tm̄ non sunt real'r distincta.Ratio autē huius diuersitatis dicetur respondēdo ad quītum.

Ad scdm ¶Ad 2m negat̄ antecedēs.Iste eniȝ syllogismus optimus est.Omne aial est sensitiuum:ois homo est aial.ergo ois homo est sensitiuus.nec est hic fallacia ꝯñtis.Ad ꝓbationē.Dico ꝙ soluȝ tunc non seqtur extrema esse idē inter se.qr sunt ideȝ in medio incōuertibili.qñ argumentū peccat in forma.vñ lȝ homo & asinus sint idē in aiali.nō seqtur ꝙ sint idē inter se.qr argumētū peccat in forma arguēdo sic ex puris affirmatiuis in 2a figura.ois homo est aial.asinus est aial.ergo asin⁹ est homo.

Ad tertiū ¶Ad 3m.Dicit̄ ꝙ aliud est loqui de conuertētia:& aliud de cōuertibilitate.qr cōuertētia est ꝓprietas relatiuorū p̄sertim eqparantie:que ꝯuertunt̄ non tm̄ qr mutuo referunt̄.sed ēt qr referunt̄ ꝰm idē nomen.cōuertibilitas aūt est ꝓprietas terminorū:qui adequate de eisdē p̄dicantur.& ideo argumētū nō est ad ꝓpositum.

Ad q̄rtū distictio. ¶Ad 4m & 5m.Rn̄detur simul:ꝙ dupl'r p̄ōt dici vna res esse incōuertibilis alteri real'r.Uno modo per inclusionē alicuius realitatis.qr.s.aliquā realitatē includit:quā nō includit alia.sicut ternarius includit aliqd vltra binariū.& hoc nō est in gñe & specie.qr genus nihil dicit qd̄ non sit in specie.& sil'r spēs nullam realitatē dicit distinctā a realitate gñis.qr genus & drīa sunt eadē res.sed illa incōuertibilitas est in inequalitate quātitatiua.Alio modo dicunt̄ aliqua incōuertibilia per exclusionē.& sic se habēt gen⁹ & spēs.nam homo excludit asinū a suo significato:quē nō excludit animal.Ad argumētum igit̄ dr̄ ꝙ nō est simile de equalitate quantitatiua & entitatiua.quia al'r & al'r negant exclusionē.vt dictum est.

¶Ad 5m tm̄ dr̄.Qr ꝓprie loquēdo nulla res est sibiip̄si incōuertibilis.est tm̄ incōuertibilis alicui, a quo nō distinguit̄ real'r.Et ideo spēs nō est inadeq̄ta sibi.lȝ est inadeq̄ta generi. Ad quītū

¶Ad 6m negat̄ ꝯñtia.Ad p̄mā ꝓbationē.Dico ꝙ vtraq̄ idētitas est idē respectus.qr habet idē fundamētum.s.eandē nām.sed habet aliā & aliā denominationē ex terminis.cōcedo tm̄ ꝙ idētitas cōuertibilis nō est incōuertibilis.est tm̄ eadē relatio eidē.sicut albedo est eadē res cū similitudine.lȝ ista nō ꝯcedatur.albedo est similitudo.Ad 2am ꝓbationem negat̄ ꝯñtia.Nō enim seqtur ꝙ sit alia & alia relatio:quia semp est idē fundamētum.lȝ habeat diuersas denominatiōes ex terminis.sicut si paternitas qua refert̄ vnus pater ad multos filios.vt terminat̄ ad Sortē vocaretur.a.& vt terminatur ad Platoneȝ, vocaretur.b.esset tamen eadem relatio. Ad sextū

¶Utrum mā & forma sint vl'ia. Q̄o.XXXIX.

Queritur 39°.Utrum mā & forma sint vl'ia.Et videt̄ ꝙ sic.¶Prio.Quicquid p̄dicatur in quid de differētib⁹ solo numero est spēs:vt pȝ ex diffōne speciei.Sed materia & forma sic p̄dicantur.ergo sunt spēs:& per ꝯñs sunt vl'ia.Maior pȝ.Minor ꝓbatur.Nā materia p̄dicatur in quid de mā Sor.& de mā Pla.cōstat autē ꝙ iste materie distinguuntur tm̄ numero:sil'r forma:puta aia, p̄dicatur de hac & de illa aia.¶Confirmat̄.Materia p̄dicatur de mā celi & de mā corruptibiliuȝ in quid.Sed iste māe sunt diuersaꝶ rōnum:vt dicet̄:ergo mā p̄dicatur de differētibus specie:& per ꝯñs est genus. Prima rō

¶2°.Omne indiuiduū est indiuiduū alicuius spēi:qr idiuiduuȝ & spēs dicuntur relatiue.Sed hec materia & hec forma sunt indiuidua:aliogn frustra quereret̄ p̄ncipium idiuiduationis eorū.ergo sunt indiuidua.Sed non sunt indiuidua alteri⁹ q̄ȝ māe & forme:qr nō apparet aliqd aliud quod p̄dicetur de ipsis imediate:ergo &c. Scda rō

¶3°.Quicqd p̄ōt cōcipi cōceptu cōmuni est vniuersale.Sed materia p̄ōt cōcipi conceptu cōi.ergo &c.Maior videtur nota.Minor est phi.7.meta.tex.c.39.vbi dicit.palā est ꝙ aia est substātia p̄ma:corpus autem materia:homo xo aut animal qd̄ est ex vtrisq̄:vt vl'e.Socrates aūt & Coriscus:vt singulariter:si qdem anima dupl'r dr̄.Aliȷ nāq̄ vt aiam.Aliȷ xo vt totū:si xo simpliciter aia hec & corpus h̄:vt qdē vl'e & singulare. Tercia rō

¶4°.Qr mā sit vl'is habet exp̄sse a Pho.6.&.7.meta.tex.cō.35.dicente ꝙ materia vl'is ponit̄ in diffōne subarum sensibilium, & non materia particularis:ergo &c. Quarta ratio.

Respondeo Qr cuȝ duplex sit mā.s.materia p̄ma que est vna oiuȝ:vt dicit Phs 8° metaphy.& p̄xima que est diuersa in diuersis:hoc loco queritur tm̄ de mā p̄ma & nō de p̄xima.cōstat enim ꝙ aqua que est mā p̄xima oium liquefactibiliū est natura quedā vniuersalis.Silr cum aliqua forma sit forma partis.s.illa que est altera pars cōpositi:vt aia & aliqua sit forma totius scilicet natura abstractiue significata, resultās ex materia & forma partis:puta humanitas:de oibus istis vl'r dicit̄ ꝙ nō sunt vl'ia. Intellectus questi.

¶Et p̄mo de forma totius.Omne vl'e significatur.vt totū:qa vel est genus:vel spēs:vel aliquod aliorū, que enumerantur a Porphyrio:de qbus manifestū est ꝙ dicūt aliqd totū:genus enim dicit totaȝ spēm.lȝ cōfuse:& differētia dicit totaȝ, lȝ distincte:& sic de aliȷs.Sȝ forma totius nō significat̄ vt totuȝ:sed p moduȝ principiȷ formalis:cū sit abstracta vltima abstractione:humanitas eni est qua homo est homo formal'r.ergo &c.¶2°.Ideȝ ꝓbatur Cōclō vl'is negatiua.

de forma partis et de mã simul. Omne vl'e dicit aliquam nãm cópletã et pfectaz. Sz mã et forma nõ sunt nãe cóplete: cũ sint tm̃ partes nãruz. ergo etc. Minor pz. Maior pbatur. Quicqd est in gñe per se. dicit nãm cópletã: qz natura partialis nõ est in genere nisi rõne totius. Sz oẽ vl'e est in gñe p se. ergo etc. ¶ 3°. Arguit̃ specialr̃ de mã per rõnes Alberti magni in p̃dicabilibus tractatu pmo caplõ 8° vbi arguit. ¶ Prio sic. Si materia esset vniuersale. oporteret q ipsa eẽt vl'e subale: et non accidẽtale: cũ ipsa sit suba et nõ accidẽs. Sed ipsa nõ est vl'e subale. ergo etc. Minor pbatur. Omne vl'e subale dat esse: et nomen et rõnem ei in quo est: sed mã non dat esse: aut nomen: aut rõnez: homo enim non est homo per mãm: qz mã hominis posset eẽ sub forma lapidis. ergo etc. ¶ 2°. Omne p̃dicabile habet moduz forme respectu ei9. de quo dr̃: qz dici de altero est modus forme: sicut et esse in alio. Sz mã nõ habet modũ forme: quia causalitas et modus mãe nõ cõuenit forme nec ecõtra: vt dr̃ 2° physico. tex. cõ. 30. g̊ etc. ¶ 3°. Nihil est cõmunicabile multis vnũ existẽs in eis ₰m eẽntiã nisi forma: nã mã nõ est cõicabilis multis. nisi per diuisionẽ: ita q nõ tota est in singulis: vl'e aũt est totum in singulis: ergo vl'e non est materia. Patet ex his q ad hoc/ q aliqd sit vniuersale/ requiruntur duo: primũ est q dicat naturaz cõpletam: et 2m est q significetur per modum totius.

Ad pmũ — **Ad argumenta** rñdetur. ¶ Ad primũ negatur maior. si tale p̃dicatum in quid nõ dicat nisi tm̃ nãz partialẽ: cuiusmodi sunt mã et forma.

Ad scd̃m — ¶ Ad 2m dico q de hꝫ partibus naturarũ nõ dr̃ pprie q sint indiuidue: sed potius q sint singulares: cuius rõ est: qz indiuiduũ et particulare dicunt̃ pprie in ordine ad vl'e: singulare aũt dr̃ p oppositũ ad cõe. Iste autẽ partes possunt habere rõnem alicuius cõis et possunt cõcipi cõceptu cõi: sed vl'e p̃ter cõceptũ cõem. requirit ẽt cõditiones suprapositas.

Ad tertiũ et quartũ. — ¶ Et p hoc pz rñsio ad 3m et 4m. nõ enim dicit Phs aliud nisi q mã signata nõ ponit̃ in diffõne. sz mã cõis: et si alicubi inueniat̃ mã vl'is: exponẽduz est vl'e pro cõi. Vel dicendũ q Phs non loqtur de materia pma: sz de mã pxima: vt sunt carnes: et ossa: et sanguis: qd patet: qz etiaz tm̃ de hꝫ materia ipse ibi exemplificat.

¶ Utrum natura vl'is habeat vnitatem realem/ minorem vnitate numerali. Questio. XL.

Cap. 3. d. 5. q. 3. — **Queritur** 40°. Utrum natura vl'is hẽat aliquam vnitatẽ realẽ: sed minorẽ vnitate numerali extra intellectuz. Et videtur q sic.

Pria rõ. — ¶ Primo. Si vl'e nullã hz vnitatem realẽ: sequit̃ q ois vnitas realis sit vnitas numeralis. Sed hoc est falsuz. ergo etc. Consequẽtia pz: qz p̃ter vnitatẽ rei singularis nõ est alia: nisi vnitas vniuersalis. Falsitas cõñtis pbatur. Si sola vnitas numeralis est realis: seqtur q nulla sit distinctio realis nisi distinctio numeralis. Sz hoc est falsuz: qz distictio specifica est realis. Consequẽtia pbatur. Omne distinctũ est distinctuz realr̃ tm̃ ea vnitate qua est vnũ realr̃ in se. g̊ si ois vnitas realis est numeralis: seqtur ẽt q ois distinctio realis sit numeralis.

Scda rõ. — ¶ 2°. Sequit̃ q Sor. non plus distinguat̃ a Pla. q̃ a lapide. Sz hoc est falsum: vt de se pz. ergo etc. Consequẽtia pbat̃: qz in nullo cõuenit plus cũ Pla. q sit realr̃ vnũ q̃ cũ lapide.

Tertia rõ — ¶ 3°. Fundamentũ relonis realis est reale. Sz vnitas specifica est fundamẽtũ realis silitudinis que est inter duo indiuidua eiusdẽ spẽi. Naz vnũ in qualitate facit sile: ergo vnitas specifica est vnitas realis: minor pz. Maior pbatur: qz fundamẽtuz relonis nõ est debilius relone.

Quarta ratio. — ¶ 4°. Sequit̃ q dr̃ia numeralis eẽt dr̃ia simplr̃: dr̃ia vero specifica esset ₰m qd. Sed hoc est falsum: alioquin sic arguẽdo ista differũt specie: ergo differũt numero, eẽt arguere a ₰m quid ad simplr̃: cõtra Phm. 4. meta. c. de vno in fi. ¶ 5°. Uniuersale incorruptibile est et ppetuum: vt dicit̃ p posterio. ergo vt sic habet vnitatez realẽ. Patet consequẽtia: qz ₰m vnitatem numeralẽ corrumpitur corruptis indiuiduis. ergo oportet q ex ea parte qua est incorruptibilis correspondeat ei propria vnitas.

Respondeo Qz nã vl'is nullaz habet actu vnitatẽ realẽ. sed solum vnitatẽ rõnis. vt est obiectiue in itellectu. ¶ Ad cuius euidẽtiaz. Sciendũ est q cũ vl'itas cõueniat tam gñibus q̃ spẽbus. aliqua tñ differẽtia est quantũ ad eoruz vnitatẽ. Aliqd enim est genus tm̃modo logicũ/ et non physicũ. qz nomẽ ipsuz significans nõ dicit vnã nãm cui cõueniat esse vnius rõnis. sed tm̃ dicit vnam rõnẽ ex parte intell'is: sed nã corrñdens huic rõni hz esse diuersarũ rõnuz in re. et hoc modo corpus est genus ad corruptibilia et incorruptibilia. Sz corporeitas in corruptibilib9 hz esse corruptibile. in celo autẽ habet esse incorruptibile. et ideo metaphysicus qui cõsiderat nãs rex. dicit. 10. meta. tex. cõ. 26. q corruptibile et icorruptibile differunt plusq̃ gñe et 7° phy. dr̃ q iuxta gñia latẽt equocationes. logicus aũt qui format taz de hoc q̃ de isto vnũ cõceptũ. s. esse subm̃ trine dimensionis/ in quo cõceptu vniformiter cõueniunt. dicit q corpus est genus. qz ₰m hãc rõnẽ vniuoce p̃dicatur. Genus aũt physicum. et silr̃ ois spẽs spãlissima/ nõ soluz dicunt vnaz rõnẽ formataz ab intellectu. sed ẽt vnam nãm aptã natam reperiri in multis. Que nã tripl'r considerari põt. Uno modo ₰m se: et sic quelibet nã est vna: alioqn nomen ipsaz significãs nõ eẽt vniuocũ cuz de rõne termini vniuoci sit significare imediate vnũ. Hanc aũt vnitatẽ non cõicat nã suis inferiorib9: sed cõuenit nãe in illa p̃oritate nature qua est prior suis iferiorib9. Hec aũt vnitas nũq̃ est actualis. sed terminus potẽtialis: qz sicut natura nõ hz actu esse ante sua idiuidua. ita nõ hz actu vnitatẽ. Sz si ipsa separaret̃ ₰m esse ab oibus indiuiduis/ esset actu vna ₰m eẽ sic separatũ: qz nõ haberet p qd plurificaretur: sicut ẽt si daret̃ albedo separata ipsa eẽt tm̃ vna. ¶ 2° põt cõsiderari nã ₰m esse qd hz in indiuiduis: et sic accidit ei vnitas et pluralitas: et nullũ istorũ cõuenit ei per se. Si enim de rõne humanitatis esset pluralitas: seqt̃ q in Sor. eẽnt plures humanitates: si ẽt de rõne ipsi9 eẽt vnitas/ seqtur q ipsa nunq̃ posset plurificari in Sor. et in Pla. Cuius ratio est: qz que sunt de rõne alicuius: et que p se cõueniũt ei nũq̃ possunt ab eo separari. ¶ 3° põt considerari ₰m esse qd hz in itellectu p sui spẽm repñtantem ipsaz/ p̃scindendo et abstrahẽdo ab oibus p̃ncipys indiuiduãtibus: et sic est vna. Naz remotis oibus p̃ncipys distinctiuis/ remouet̃ distinctio: et res ipsa manet idistincta. Constat aũt q hec vnitas nõ est realis: qz non cõuenit nature extra itellectum: sed est rõnis tm̃/ cõueniẽs ei ₰m eẽ qd hz in aia. Et ad hunc sensuz pbatur: q nã vl'is nõ sit in pluribus idiuiduis ₰m aliquã vnitatẽ realẽ. ¶ Primo. Qz seqtur q in eodẽ supposito: puta in Sor. eẽnt due hũanitates. Sz hoc est falsum: qz due humanitates cõstituunt duos homines Sor. aũt est tm̃ vnus hõ. Consequẽtia pbat̃. Unitas rei et entitas rei sunt eadẽ res: vt dicit 4° meta. g̊ plurificato vno plurificat̃ reliquuz. Sz p te humanitas sor. hz vnitatẽ numeralẽ: in sor. ẽt est vnitas specifica ₰m quã eadẽ humanitas est in Pla. ergo si in Sor. sunt due humanitates reales: seqtur q i Sor. sint due humanitates. ¶ 2°. Seqtur q nihil posset annihilari/ nisi oia que sunt eiusdẽ speciei annihilarent̃. Sz hoc est falsuz: alioqn pma cã nõ eẽt infinite virtutis. Consequẽtia pbatur: et suppono q rẽ annihilari sit eã desinere eẽ: ita q nec ipa nec aliquid eius maneat: et nihil loco eius succedat: pp qd panis q cõuertit in corpus christi nõ annihilat̃. Tũc sic. Si aliqd annihilatur:

latur:

latur:nihil eius manet. Sz si deus destrueret aiam Sor. aliqd ei⁹ maneret:qz per te eadē nā anime ſm vnitatē realē est in hac aia z in illa que ponit̄ pseruari:puta in anima Pla.ğ hec nō annihilat̄. ¶ Ad h solet negari pñtia/z dici q annihilat̄:qz lz aliqua entitas que fuit in hac aia remaneat:nō tñ manet vt fuit huius aie. ¶ Sed p. Hoc nō tollit rōnem:qz annihilatio dicit simplr totalē decisionē rei: z nō huius aut illius:aliogn si deus poneret in lapide albedinē candē numero que fuit in cygno:seqtur q ipa annihilaret̄:qz nō est illius cuius p⁹ fuit. ¶ 3°. Corruptis p̄mis substātijs/ipole est aliqd eorū remanere:vt dī in p̄dicamētis.ğ corrupto Socrate destruit̄ ois humanitas que fuit in socrate:z per psequens nulla remanet q̄ fuerit in eo.

Fuga scd. — Insecutio

¶ Ad hoc solet dici q mortuo Sor.humanitas eius amplı⁹ nō est pmāsiue z duratiue.est eniz qdditatiue. ¶ Sz ptra. Nec pñtia est bona. Humanitas Sor.est qdditatiue.ğ humanitas sor.est. Sz ipsa nō est ēt p te:ergo nō est qdditatiue. Maior pbatur.qz ly qdditatiue/nō est terminus distrahēs neq diminuēs:z per pñs valet ista pñtia:ſz rē quā ponit Phs 2° peri her. ¶ 4°. Seqtur q nihil posset d̄ nouo creari:si p̄existūt alia idiuidua eiusdē spēi. Sz hoc est falsuz:vt tenet̄ ſm fidē.ergo zc. Consequētia pbatur. Creatio est ex nihilo. Sz dum pducit̄ vna aia ipsa nō est ex nihilo:qz p te aliqd eius p̄fuit in alijs aiabus.ergo ipsa nō creat̄. ¶ Rñdetur q creatio est ex nihilo i particulari:pōt tñ esse ex aliquo in vlı. ¶ Sed p. Id qd est non fit nec creat̄:aliogn acqreret̄ esse postq̄ esset.ergo siue p̄existat in vlı/siue in pticulari impoīe est q de nouo creetur.

Fuga — Insecutio

Ad pmū **Ad argumenta** respondet̄. Ad primū negatur maior. Ad pbationē negat̄ pñtia. Ad cuius pbationē negatur añs:qz ex illo añte:cū vno vero assumpto:seqtur pclusio falsa:z per pñs ipsuz est falsum:sic arguēdo. Oē distinctū realr est distinctū ea vnitate qua est vnū in se realr. Sed sor.est vnus ſm spēm:z distinguit̄ a Pla.ğ distinguit̄ ab eo ſm vnitatē specificā:qd est falsum. Et ideo dico q distinctio specifica est realis:z nā super qua fundat̄ est realis:sed talis nā nō hz vnitatez realē miorē vnitate numerali. ¶ Ad 2ᵐ negat̄ psequētia.

Ad scdm

Qz sor.distinguit̄ a pla.tm̄ distōne numerali:a lapide aūt distinguit̄ z distinctione numerali z specifica z gñica. Et ad pbationē dī q Sor.plus puenit cū Pla.q̄ cuz lapide: qz cū pla.cōuenit in nā hūana que est realis:lz nō habeat vnitatē realē. ¶ Ad 3ᵐ negat̄ minor. Qz similitudo Sor.

Ad tertiū

ad pla.fundat̄ super vnitate numerali Sor.z silr silītudo Pla.sup humanitate pla.sed vnitas specifica que est vnitas rōnis est eis rō fundandi similitudinē. Et ad hunc sensum loqtur Phs cū dicit q vnū in q̄litate facit sile. ¶ Ad 4ᵐ negat̄ pñtia. Qz p̄supponit q distictio specifica sit tm̄ distinctio rōnis:imo est distictio realis:z p̄supponit distictionē numeralē z nō eē. Et ideo arguere a distōne specifica ad nūcralē/nō est arguere a ſz qd ad simplr:sz arguere a maiori ad minus/qd in maiori includit̄:que est bona pñtia:sicut si ex eo qd aliquid est sensitiuū/arguat̄ ipsuz eē vegetatiuū. ¶ Ad 5ᵐ negat̄ pñtia:qz infert pñs:ac si añs eēt verū de icorruptibilitate/que attēditur penes formam z nām.dantē esse incorruptibile eo modo quo corpa celestia sunt incorruptibilia:vlia aūt non sunt hoc modo icorruptibilia:sed ideo dicuntur icorruptibilia:qz nō corrumpuntur per se:sed tm̄ ad corruptionē indiuiduorum.

Ad qrtū — Ad qntū

¶ Utrum Uniuersale separatuz a singularibus/possit fieri diuina virtute. Questio.XLI.

Prima rō

Queritur 41°. Utrū poīe sit q diuina virtute fiat aliqd vlē separatum ab oibus singularib⁹. Et arguitur q sic. ¶ Primo. Nulla est iplicatio pdictionis q fiat homo sine quātitate. Sz talis esset vlıs.ğ vlē pōt fieri a deo qd sit separatū ſm esse. Minor pz:qz aut eēt vlıs aut singularis a sufficiēti diuisione. Sz nō eēt singularis:qz p hypothesim nō haberet quantitatē que est p̄nᵐ singularitatis.ergo eēt vlıs. Maior etiā nō est iplicatio pdictionis q deus separet accñs cōe a suba. Sz quātitas est accñs cōmune.ğ zc. ¶ 2°. Suppono pmo q deus pōt suspēdere oēm actionē cause scdē:cū ois actio scdarum causarū ab eo dependeat. Suppono 2°:q forma substātialis nō est ex se quāta:z q pōt esse sine quātitate:si deus eā separet a mā:qd vtiqz est poīe diuine virtuti infinite. Suppono 3°:q forma subalis prius nā recipit̄ in mā q̄ quātitas. Tunc arguit̄ sic. Sit mā aque sufficiēter disposita ad formā ignis:z sit.b.instās in quo forma ignis iducit̄ in mā. In hoc istāti prius nā introducitur forma ignis q̄ quātitas.p 3ᵐ p̄suppositū. Sed deus pōt suspendere actionē gñantis postq̄ in illo pori introduxit formam ignis ne introducat quantitatē.ergo ille ignis erit vlıs:qz nō habebit quātitatē. ¶ 3°. Deus nō est minoris v̄tutis q̄ intellēs creatus. Sz intellēs facit actu vniuersalia.ğ deus pōt facere q vlia subsistāt. ¶ 4°. Remotis oibus p̄ncipijs idiuiduātib⁹/nā remanet actu vlıs. Sz deus pōt ista p̄ncipia annihilare/pseruādo nāz cū sint posteriora tali nā.ğ pōt facere vlia separata in singularib⁹.

Scda rō — Tertia rō — Quarta ratio.

noratã analogiã per tertiũ suppositũ.aut ergo ex.a.generabit minimũ terre potens per se existere:aut generabit minus minimo:aut maius. Nõ maius:qꝛ cum ignis sit rarior terra.nõ põt ex minimo ignis generari maius minimo terre:ꝛ etiã quia tunc ista generatio non esset ꝫm minoratam analogiam:non etiam generabitur minimũ terre propter easdem rationes.ergo ex.a.generabitur minus minimo terre:ꝫ minus minimo terre nõ põt ꝑ se seorsuz existere.ergo materia minimi ignis non est in potẽtia ad formã terre sub qua possit per se existere. ¶ Scdo arguitur.Sit.a.minimũ ignis.ꝛ diuidat:qd est possibile.cuz sit quãtũ:ꝛ quero vtrũ facta diuisione materie alterius ptis a.possit sub aliqua forma per se existere/aut nõ.Si nõ/habeo ꝓpositũ.Si sic.Cõtra.Non põt mã partis.a.existere seorsuz sub forma ignis:qꝛ nõ datur minus minimo:vt pꝫ ex terminis:nõ põt etiã seorsuz existere sub forma alicuiꝰ alterius elemẽti:cuz alia elementa generent ex igne ꝫm minoratã analogiã:vt dictũ fuit.ꝛ multo minus põt existere sub forma mixti.ergo ꝛc. ¶ Cõtra fundamẽtũ huiꝰ cõclusionis arguit. Primo. Circũscribatur omne ꝯtinẽs ꝛ omne corruptiuũ:ꝛ sit sola aqua in vniuerso:que quidẽ aqua data diuidat sicut possibile est:qꝛ est quanta:hoc facto illa in que fit diuisio nõ erunt nihil:qꝛ hoc est contra diuisionis rationẽ:nec erunt nõ aqua ex sola ratione diuisionis:qꝛ tunc aqua cõponeret ex nõ aquis. Nõ repugnat etiã forme aque/illa paruitas que iam est in actu:quia ita parua prefuit ꝫ in toto nec per ipsaz diuisionẽ corrumpetur aqua:qꝛ circũscriptũ est omne corruptiuũ.nõ ergo vẽ aliqua ratio intrinseca quare forme nãli repugnet:quin semꝑ quocũqꝫ per se existente possit aliqd minus esse per se existens:ꝫ forte extrinseca impeditiua talis per se existentie assignet ꝯtrarietas corrũpẽtis. ¶ Scdo. Si esset dare minimũ de forma:sequit ꝙ esset dare ꝓmaz partem motus ad formã seu minimaz partẽ forme que põt induci per motũ.Cõsequentia pꝫ:qꝛ semper prior pars motus est nõ solũ nã:sed etiã duratione anteqꝫ sit aliquid sequẽtis.Sed ꝙ ꝯsequẽs sit falsuz ꝓbat:qꝛ si ponat talis ꝓma pars:illa erit facta in instanti:ꝛ cũ agens presens existens possit iterũ causare aliaz partẽ forme equalez ipsi prime:aut illã causabit simul in eodẽ instanti cũ ꝓma:ꝛ eadẽ ratione tertiã partẽ etiaz causabit in instanti eodem:ꝛ sic de qualibet:ꝛ per ꝯsequẽs totã formã causabit in instanti:qd est falsuz.Aut illaz scdam partẽ causabit in alio instanti:ꝛ sic quãlibet aliam in alio instanti a priori:ꝛ tunc vel iste partes erũt causate sine quiete media:ꝛ per ꝯñs totus motus erit compositus precise ex mutatis esse:qd improbat. 6° physicoꝝ a pħo parti per hec verba.s.dicendo motuz esse aliqd nõ motuz. Ubi Beatus Thomas lectione scda dicit.Quia impossibile est ꝙ motus componat ex momẽtis/ostendit hꝰ impossibilitatem ducendo ad tria incõuenientia:quoꝝ ꝓmũ.si motus cõponat ex momentis ꝛ magnitudo ex indiuisibilibus:ita ꝙ per indiuisibilez partez magnitudinis nõ moueat sed motuz est,sequit ꝙ aliquid nõ motũ.idest qd prius nõ mouebat.sit motũ:qꝛ ponitur ꝙ ꝫm indiuisibile transiuit.idest motũ est non transiens:qꝛ in eo moueri nõ poterat.Uñ sequit aliquid esse transituz absqꝫ hoc ꝙ aliqñ iret:qd est ipossibile:sicut ipole est ꝙ aliquid sit preteritũ:qd nunqꝫ fuerit presens:vel inter causationẽ vnius partis ꝛ causationem alterius erit quies media:ꝛ hoc etiã est incõueniens:quia tunc agens naturale esset presens per tempus debito passiuo:ꝛ nõ ageret:qd est incõueniens. ¶ Tertio.Omne alterans prius alterat partem subiecti sibi ꝓpinquiorẽ/qꝫ partẽ remotiorem ab eo.Si ergo ponat minimũ subiecti quo possit introduci forma ab agente:vel ipsuz erit indiuisibile sicut punctus:

Impugnatio minimorum. Prima rō. — Scda rō. — Tex.c.4. — S.Tho. — Tertia rō.

qd esset impossibile:vel si erit diuisibile/pars eius erit ꝓpinquior agenti qꝫ alia:ꝛ in ꝓpinquiorẽ ꝓus inducet forma:ꝛ cum pars sit minor toto:sequit ꝙ illa nõ fuit minimuz in quo potuit forma induci:vel est dare minus minimo:qd est ipossibile. ¶ Quarto. Sit per te minima aqua ꝛ appelletur.a.aut.a.potest condensari:aut non. Non est dicendũ ꝙ nõ:qꝛ maior aqua qꝫ.a.potest cõdensari:vt pꝫ experimento.ergo ꝛ.a.potest cõdensari cum sit minoris resistentie. Ponat ergo in actu ꝙ condensetur.ergo facta condensatione erit minor qꝫ prius:ꝛ per consequens non erat tunc minima. ¶ Dicetur forte ꝙ facta cõdensatione corrumpetur. ¶ Sed contra/ex hoc sequit ꝙ detur vltimum esse rei permanentis.Cõsequentia ꝓbatur sequenti rõne. ¶ Hoc diuidatur minimũ:puta.a.aut forma.a.manet facta diuisione:aut non.Si manet.ergo.a.nõ fuit minimum.Si nõ manet habet intentuz. Naz assignetur.b.instans in quo.a.est ꝛ imediate post.b.fiat diuisio ipsius.a.Tunc sic.a.est in instanti.b.ꝛ imediate post hoc nõ erit quia imediate post hoc fiet diuisio.ergo instans.b.est vltimum instans esse.a. ¶ Pro responsione ad predictas rationes. ¶ Sciendum est.ꝙ cum dicit Phs dari minimũ naturale:hoc potest dupľr intelligi. Uno modo ꝙ detur minimũ potens per se existere:ꝛ sic est verum. Alio mõ ꝙ detur minimũ alteri inexistens:ꝛ sic est falsuz:qꝛ cũ forma naturalis extendat in materia per quantitatem:opꝫ ꝙ sicut nõ datur minimũ quãtitatis:ita nõ detur minimũ forme:sed qualibet data/ipsa est diuisibilis:cũ sit ꝯtinua.

Ad primum igitur dico ꝙ casus est impossibilis naturaliter ꝛ euz negaret phs.Dico scdo ꝙ posito illo casu.si diuideretur minimũ aque/corrumperetur forma aque preexistens in minimo:ꝛ partes materie illius minimi vnirent totali aque existenti in natura ꝛ actuarentur per formaz eius.Dico tertio ꝙ si deus destrueret totum vniuersuz ꝛ cõseruaret tñ vnum minimum aque vel ignis:ꝛ diuideret illud minimum:tunc ex necessitate cõditionata.vel annihilaret materiam vel in eam introduceret vnam nouã formam. ¶ Ad 2^m dicitur ꝙ est dare primã partẽ forme:quã agẽs introducit in materiaz:ꝛ ꝙ inter eam ꝛ reliquas partes mediat quies:quia nullus motus est simpliciter cõtinuus/nisi tñ motus localis:nec sequit ꝙ agens sit presens passo ꝛ non agat:quia causata illa ꝓma pte forme:disponit reliquas ptes passi:ꝛ completa dispositione causat in eis aliquam aliam partez forme. ¶ Ad 3^m dicitur ꝙ ad hoc vt forma introducatur in aliquo subiecto:opꝫ ipsum esse dispositum non solum qualitatiue.sed etiam quantitatiue:ꝛ ideo signatur aliqua pars subiecti que tota simul disponit:ꝛ in qua simul inducitur forma:quia pars illius partis nõ est ꝓus disposita quantitatiue qꝫ ipsuz totũ qd est illa pars signata. ¶ Ad 4^m dicit ꝙ potest cõdensari.sed facta condensatione corrumpetur forma aque. ¶ Ad 5^m dicit ꝙ forma minime aque non manet facta diuisione.Ad improbationez dicit ꝙ diuisio nõ fit subito:sed in tẽpore.post instans autez.b.non sequitur immediate aliud instans sed tempus in quo fiet diuisio.In vltimo autez instanti huius temporis/corrumpet forma aque ꝛ introducet alia forma.Unde istud instans temporis mensurantis diuisionẽ erit ꝓmum non esse forme aque:ꝛ idẽ instans erit ꝓmum instans esse forme sequentis. ¶ Sed cõtra. Annihilet deus.a.aquã immediate post instãs.b.ergo.b.est vltimũ esse aque. ¶ Rñdetur ꝙ si deus debet annihilare.a.imediate post.b.oportet ꝙ eam annihilet in tẽpore:ꝛ impossibile est ꝙ in instãti. Si ꝟo ipsaz annihilet nõ imediate post.b.ꝫ in ipso.b.tũc annihilabit in instãti:sed istud instãs erit ꝓmũ nõ esse.a.aque. ¶ Quantuz ad scdm principale dicitur/ꝙ quelibet

portio mãe est in potẽtia ad quãlibet formã. Et hↄ pbaẽ. ℂ Primo. Mã corruptibiliũ de qua sola loqmur in ppoſi to põt puari forª quã hꝫ: aliogn cõpositũ ex tali mã ꝛ forª non esset corruptibile: g vel materia remanebit sine forã: qd est impossibile: vel aliam formam accipiet. Et pro ista ↄclone sunt due pme rões facte in pncipio qõnis.

Cõclo 3^{a} **Quantum** ad 3^{m} pncipale dico ꝙ non oĩs portio mãe disposite est in poª ad oẽm formã numero: sed est ita in poª ad istã ꝙ nõ ad aliquam aliam. Uerbi grã. Sint due mãe. s. a. ꝛ. b. sufficienter disposite ad recipiendã formã ignis: ꝛ ponaẽ inter has duas mãs vnũ agẽs, puta ignis potẽs introducere formã ignis in vtraqꝫ mã. Dico ꝙ iste ignis illã numero formã: quã causabit in a. nõ posset causare in. b. ꝛ illã quã causabit in. b. nõ posset causare in. a. Cuius rõ est: qꝛ dispões que sunt in. a. ita disponunt ꝛ determinant ipsuꝫ ad hãc formã numero. ꝙ nõ ad aliã: ꝛ si deberet causari in. a. alia forma ẜm numeruꝫ: oporteret ab eo abyci predictas dispositiones: ꝛ causari alias. Fundamẽta huiꝰ positionis dicta sunt libro 5°. ℂ Et si dicaẽ. Si ille ignis disponeret. a. ꝛ. b. vñ est ꝙ illas nũo dispões: quas causat in. b. nõ causat in. a. nec eↄ. Rñdeẽ ꝙ hoc ideo est: qꝛ agit ẜm diuersas ptes suas: aliqua. n. ps huius ignis est vicinior. a. aliqua est ppinqor. b. ℂ Et si iterũ dicaẽ: ponat deus. a. ꝛ. b. in eodẽ situ: queritur tunc vt prius: vñ est diuersitas. Rñdeo ꝙ posito illo casu ista diuersitas nullo modo esset ex parte agẽtis: sed tñ ex parte suboꝝ. iõ. n. distinguerenẽ, qꝛ essent in distinctis subtis.

Ad pmã ꝛ scõam. **Ad rationes** in oppositũ rñdeẽ. Ad pmã ꝛ scdaꝫ pꝫ solutio: qꝛ sunt p scõa cõclusiõe. ℂ Ad tertiã. Ad tertiaꝫ dĩ eodẽ mõ ꝙ quelibet portio materie est in potẽtia ad quãlibet formã, nõ tñ eodẽ mõ sicut totũ. s. vt possit per se existere sub qualibet forma.

ℂ Utruꝫ mã sit in poª ad quãlibet quantitatẽ, absqꝫ eo ꝙ rarefiat ꝛ ei addatur aliquid. Questio. IIII.

Queritur 4°. Utrũ mã sit in poª ad q̃tlꝫ q̃titatẽ absqꝫ eo ꝙ rarefiat ꝛ aliqd ei addaẽ. Et arguiẽ ꝙ sic. ℂ Prio. Pma rõ. Secludaẽ mã ab oĩ forma tam substantiali q̃ accidentali: ꝛ postea ponaẽ in ea q̃titas, non apparet aliqua ratio quare nõ possit ita poni magna q̃titas in tali mã. sicut parua: qꝛ nihil est repugnans quantuꝫ est ex pte materie. ℂ Scdo. Scõa rõ. Actionũ distinctaruꝫ põt pꝛ inesse sine posteriori: sed extensio mãe ẜꝫ maiorẽ quãtitatẽ ꝛ additio ꝛ rarefactio sunt actiones distincte, ꝛ extẽsio est prior eis: ergo põt mã extendi sine additione ꝛ rarefactione. Maior pꝫ: qꝛ non repugnat: prius esse sine posteriori. Minor pbaẽ. Nam rarefactio terminaẽ ad raritatẽ que est qualitas: ꝛ extẽsio terminaẽ ad quãtitatẽ: ꝛ additio materie ad mãm, terminaẽ ad substantiã. ergo sunt distincte actiones. Patet cõsequẽtia: qꝛ mutationes distinguuntur ex terminis 5° physicoꝝ. T. cõ. 31. Qꝛ aũt extensio sit prior saltem rarefactione pꝫ: quãtitas ad quã terminaẽ extẽsio est pꝛ qualitate ad quã terminaẽ rarefactio. ℂ Tertio. Tertia rõ. Producat deus vnã quãtitatẽ separatã ab oĩ subiecto ꝛ ab oĩ q̃litate: ꝛ ↄñter a raro ꝛ denso: ↄstat ꝙ poterit eaꝫ mutare de magno in paruũ: ꝛ de paruo in magnũ: ꝛ hoc fiet sine additione mãe: ꝛ sine raro ꝛ denso. cuꝫ sit separata ab oĩ substantia ꝛ qualitate. ergo ẽt q̃titatẽ existentẽ in mã potest mutare ꝺ pua in magnã: nõ addẽdo mãꝫ, nec rarefaciẽdo.

Tituli. q. intentio. **Respondeo** ꝙ titulus huius qõnis nõ est. vtrum mã sit in potẽtia ad quãtitatẽ infinitam: ita ꝙ possit dari magnitudo infinita: sed queriẽ. An mã sit in potẽtia ad quãlibet q̃titatẽ nãlẽ. Nõnᵐ pᵐ. Sciendũ tñ est ꝙ materia põt accipi duplr. Distinctio. Uno mõ z^{m} se ꝛ per remotionem oĩum formarũ. ꝛ. sic dico ꝙ ei sic cõsiderate nõ repugnat tanta quãtitas: quãta est quãtitas ignis. Alio mõ accipiẽ materia, put est determinata. idest, put est mã huiꝰ vel illius. puta huius pugilli terre vel aque vel huius lapidis aut hoĩs. ꝛ sic queriẽ. Utrũ hec materia possit extẽdi ad quãcũqꝫ magnitudinẽ. ℂ Sciendũ scõo ꝙ hãc materiã effici maiorẽ q̃ sit ẜꝫ quantitateꝫ potest esse duplr. Nõnᵐ z^{m} Mãꝫ crescere est z^{r}. Uno mõ per additionẽ alterius materie ad ipsaꝫ. ꝛ sic cõstat ꝙ posset effici maior. Si. n. pugillo ignis addaẽ mã cõbustibilis que cõuertaẽ in ignem: constat ꝙ predictus ignis efficieẽ maior per additionẽ mãe ad ipsum: ppter qd dixit phs scõo de aĩa. ꝙ ignis cresceret in infinitũ. si in infinitũ addereẽ ei materia cõbustibilis. T. cõ. 41. Alio mõ potest materia effici maior. nõ p additionẽ materie. sed per solã raritatẽ. Si. n. pugillus terre ↄuertaẽ in ignẽ. illa materia que pus erat parua sub forma terre: est postea magna sub forma ignis. qꝛ facta est rarior. ℂ Queriẽ ergo. Questionis explanatio. Utrũ remota additione materie ad materiã: ꝛ remota silr raritate possit mã effici maior q̃ esset prius. Pro notitia aũt huiꝰ pmo declarabiẽ ꝙ in essentia mãe est reperire plus ꝛ minus: quia hoc est necessarium ad principale propositum. Secundo dicetur ad questionem.

In ẽentia mãe reperitur plus. **Quantum** ad p^{m} nõ intendo dicere ꝙ mã sit partibilis ẜm se: ꝛ ꝙ seclusa quantitate in ea sint partes: sed solũ ꝙ plus de mã est in vno q̃ in alio: ita ꝙ istud plus ꝛ iste excessus nõ est ex pte quãtitatis: sꝫ est in illa entitate que est mã: ꝛ hoc pbaẽ. ℂ Primo. Id cui fit additio est plus post additionẽ q̃ esset ante additionẽ. Sed in nutritione mã nutrimẽti additur mãe eius qd nutriẽ. ergo in nutrito est plus de mã q̃ ante. maior pꝫ ex terminis: nõ eniꝫ capit intellectus ꝙ aliqd addaẽ alteri eiusdẽ rõnis cum eo ꝛ nõ sit plus ibi q̃ esset prius. Minor ẽt pꝫ. Nam nutrimentũ addiẽ nutrito: vt dĩ z^{o} de aĩa. T. cõ. 47. Sed nõ addiẽ ẜm formã, aut aliqua accidẽtia. ergo tñ ẜꝫ mãm. Patet cõsequẽtia cum maiori. ꝛ pbaẽ minor: qꝛ in nutritione corrũpiẽ forma substãtialis nutrimẽti ꝛ ↄñter oĩa accidẽtia eius: qꝛ corruptis nobis, corrumpunẽ oĩa q̃ sunt in nobis. g manet tñ mã: ꝛ illa additur nutrito. ℂ z^{o} Dicit Phs scõo de gnõne. in vno pedali terre plus est de mã q̃ in pedali ignis. T. cõ. 37. Sed istud plus nõ est ex pte quãtitatis: cũ vtrũqꝫ sit tñ pedale: nec ex parte forme substãtialis: qꝛ etiã ipsa est equalr extensa in vtroqꝫ. ergo est tñ ex parte mãe. ℂ Et si arguaẽ ↄtra. Instãtia. qꝛ plus ꝛ minus sunt passiones quãtitatis: sicut etiã magnũ ꝛ paruũ: ꝛ equale ꝛ inequale. ergo in essentia mãe nõ est plus ꝛ minus. ℂ Rñsio. Respondeo pmo ꝙ in mã nunq̃ est plus ꝛ minus aut totum ꝛ pars nisi ipsa sit diuisa in ptes per quãtitatẽ. cum hoc tñ stat ꝙ aliquãdo sit plus de mã vbi minus est de quãtitate: ꝛ minus sit de materia vbi plus est de quãtitate: vt pꝫ in pedali terre: ꝛ bipedali ignis. Dico scõo ꝙ equalitas q̃ est relatio pdicamẽtalis fundaẽ tñ super quãtitate. Sed inequalitas transcẽdens põt fundari sup oĩ nã: albedo. n. vt q̃tuor est inequalis albedini. vt. 6. ꝛ ita in pposito mã pedalis terre est plus q̃ mã bipedalis ignis ꝛ ei est ineq̃lis: qꝛ plus de essentia mãe est in vno q̃ in altero: ꝛ istud plus nõ est plus ẜm quãtitatẽ sed ẜm essentiam.

Cõclusio rñsalis. **Quantum** ad z^{m} dico ꝙ est impossibile mãm que est sub aliqua quãtitate effici maior nisi aut rarefiat: aut aliqua mã sibi addaẽ. Exempluꝫ pmi est cũ ex terra fit aqua vel aer vel ignis. Exemplũ scõi est in nutritione. ℂ Pro notitia huius ↄclonis. ℂ Sciẽdũ est Nõnᵐ pᵐ. ꝙ qñ ex paruo fit magnũ nulla mã addita ibi ↄcurrũt de necessitate due mutationes. quarum vna est extensio preexistentis quantitatis: alia est rarefactio: non enim fit additio quantitatis ad quantitatem dum aliquod corpus rarefit: sed quãtitas preexistens magis extenditur q̃ prius.

Varũ aũt mutationũ prior nã est rarefactio: p̃us est eniz aerem rarefieri q̃ ipsuz acqrere maiores dimensiones: lz ista duo sint in eodẽ instanti tẽporis. sed tñ magis notum est ad sensum q̃ acquirat maiores dimensiones q̃ q̃ rare fiat: pp̃ qd̃ solet diffiniri rarefieri per hoc, q̃ est acquirere maiores dimẽsiones tanq̃ per aliqd magis notũ & consequens rarefactionẽ. ¶ Sciendũ scd̃o q̃ dupl'r augent̃ dimensiones. Uno mõ per additionẽ q̃titatis ad q̃titatẽ, & istud augmentũ nunq̃ est sine additione noue mãe: quia quãtitas nõ separat̃ a mã. Alio mõ auget̃ quãtitas (vt dictũ est) per maiorẽ extensionẽ: & nõ per additionẽ: & h̃ est tñ in rarefactione: q2 iste due mutatiões se necio cõcomitant̃. ¶ Ex his arguitur p̃mo. Impo'le est q̃ mã acquirat maiorẽ q̃titatẽ nisi vel addat̃ q̃titas quãtitati vel q̃titas preexistens magis extendat̃. Si p̃^{m}. ergo addit̃ mã mãe. Si z^{m} ergo est ibi rarefactio. Utraq3 p̃ñtia p3 ex p̃dictis. ¶ Scd̃o. Suppono p̃mo q̃ terra est densior aere. Suppono scd̃o q̃ id est densius in quo est plus de mã sub paribus dimẽsionibus. Et arguit̃ sic. Fiat terra ex pedali aeris p̃te, nulla addita mã: & sine rarefactione põt ex pedali aeris fieri multũ de terra. gratia exẽpli. decẽ aut centũ pedalia. Sed terra est densior aere. ergo in vno pedali terre est plus d̃ mã q̃ in vno pedali aeris. g̃ si ex vno pedali aeris fieret vnũ aut multa pedalia terre, seq̃t̃ q̃ id qd̃ plus h3 d̃ mã nõ haberet plus de mã. ¶ Tertio. Impo'le est q̃ ps equet̃ toti nisi parti aliqd addat̃: aliogn totũ nõ eẽt mai^{9} sua parte. Sed mã exñs in decẽ pedalib^{9} terre, est totũ respectu mãe existẽtis in vno pedali terre. g̃ ipo'le est q̃ mã existẽs in vno pedali terre efficiat̃ tanta quãta est sub decem pedalibus sine additione. Nec põt dici q̃ hoc fiat p̃ rarefactionẽ: q2 tante raritatis est vn^{9} pedalis terre: sicut tota terra. ¶ Quarto. Impo'le est q̃ minus fiat plus, nisi per additionẽ eius qd̃ dĩ plus. S3 minus de mã est in pedali terre q̃ in. 10. ergo ex vno non fient decem sine additione mãe. minor p3. Maior p̃bat̃. q2 omne plus h3 tñ & amplius, q̃ id respectu cuius est plus.

Ad p̃mũ

Ad argumenta r̃ndet̃. Ad p̃mũ dico tria. Primũ est q̃ quãtitas nõ põt esse in mã sine forma sub'ali: & ideo cũ mã nõ sit in po^{a} ad maiorẽ formã q̃ sit forma celi: nõ est etiã in po^{a} ad maiorez quãtitatẽ q̃ sit q̃titas celi: & hoc dico loquẽdo de tota mã creata p̃ exclusionẽ oĩuz formarũ. quecũq3 sint ille. ¶ z^{m} est. q̃ aliud est loqui de mã sic absolute & abstracte: & aliud est loq̃ de mã huius vel illius: de qua sola est p̃sens q̃stio. ¶ 3^{m} est q̃ qñ agens nãle remouet a mã oẽm formã preexistentẽ: nõ põt in ea causare quãcũq3 q̃titatẽ. sed soluz tantã quantã exigit for^{a} sub'alis: quaz prius nã introducit in mãm q̃ ipsam q̃titatẽ: cũ. n. ex aere generat ignez: non põt inducere nisi quãtitatẽ quã reqrit for^{a} ignis: nec etiaz põt ex paruo aere generare totum ignẽ: q2 plus de mã est in toto igne q̃ in vna p̃te aeris.

Ad scd̃m

¶ Ad z^{m} dĩ. Q2 extẽsio dimensionũ & rarefactio nõ p̃ñt abinuicez separi: q2 vna ad aliã necio p̃sequit̃. s. extẽsio ad rarefactionẽ. & iõ minor rõnis est falsa. Ad p̃bationẽ dĩ q̃ l3 p̃us nã acquirat̃ q̃titas in mã q̃ q̃litates: tñ aliqua q̃litas. s. raritas p̃us acqrit̃ q̃ fiat noua extẽsio p̃existẽtis q̃titatis.

Ad tertiũ

¶ Ad 3^{m} dĩ p̃. q̃ loq̃mur metaphysice & nõ theologice: vt rõ p̃cedit. Dĩ z^{o} q̃ posito illo casu talis q̃titas nõ posset quouis mõ mutari de paruo in magnũ: nisi p̃ additionẽ noue q̃titatis.

¶ Utrũ mã hẽat suã entitatẽ & realitatẽ a forma. Qõ. V.

Prĩa rõ.

Queritur 5^{o}. Utrũ mã habeat suã entitatem & realitatẽ a forma. Et arguit̃ q̃ sic. ¶ Primo. Supponitur q̃ forma est cã formalis mãe & nõ cõpositi. Istud suppositũ p̃bat̃ tripl'r. Tum q2 p̃hs z^{o} physicoꝝ

Tex. c. 31.

dicit q̃ omnes partes respectu totius sunt cause materiales. Sed forma est pars cõpositi. ergo respectu eius est cã mã'lis. g̃ si respectu alicuius est cã formalis: hoc erit tñ respectu mãe. Tum q2 for'a est cã formalis eius in quo recipit̃. Sed recipit̃ in mã. ergo &c. Tu3 q2 forma eius est cã formalis cui^{9} est finis: q2 for^{a} & finis coincidunt in idẽ numero. Sed forma est finis mãe: vt p3 scd̃o physicoꝝ. g̃ est cã finalis mãe. ¶ Supponit̃ scd̃o. q̃ oĩs cã formalis causat aliqd in suũ effectũ distinctũ ab ipsa: istud p̃bat̃. Tu3 q2 si id qd̃ causat nõ esset distinctũ a cã formali: sequit̃ q̃ cã formalis causaret seipsaz. Tu3 q2 sequit̃ q̃ sub'e separate ita essent cause formales, sicut forme q̃ sunt in mã. Ex his arguit̃ sic. Forma est cã mãe. Sed oĩs forma causat aliqd in suo effectu. g̃ forma causat aliqd in mã. Sed istud causatũ nõ est ipsa forma p̃ z^{m} p̃suppositũ. g̃ est ipsa essentia mãe: & sic forma causat essentia mãe. ¶ Scd̃o arguit̃. Ex mã & forma resultat cõpositũ. aut ergo resultat ex hoc precise q̃ mã & forma sũt: & hoc nõ: aliogn sepata aĩa Sortis a sorte. adhuc maneret Sortes: q2 eius mã & for^{a} manent: resultat cõpositũ ex vnione forme cũ mã: & hoc nõ: q2 cũ vnio sit relatio, nõ põt esse rõ existendi sub'e & cõstituẽdi ipsaz. g̃ resultat cõpositũ ex hoc q̃ for^{a} dat mãe p̃priã realitatẽ. ¶ Tertio arguit̃. Dic ignis p̃ducit hunc ignẽ: & nõ põt ipsuz cõseruare: sed cõseruat̃ a cã v'li, puta a celo. ergo cã v'lis p̃ducit aliqd p̃fectius in effectu q̃ cã particularis. Sed forma p̃seruat mãm. g̃ p̃ducit entitatẽ mãe. P3 cõsequẽtia: q2 in mã nihil est perfectius q̃ eius entitas.

Circa hanc qõnẽ dicunt aliq̃ q̃ mã h3 totã suã entitatez & realitatẽ a forma: nõ tñ sicut a cã sine qua nõ: q2. s. destructis oĩb^{9} formis entitas mãe nõ maneret: sz annihilaret̃: sed etiã dicũt q̃ h3 oẽz realitatẽ sibi intrinsecaz a for^{a} tanq̃ a cã dante sibi entitatẽ. S3 ista opĩo neq3 p̃hĩs neq3 theologis cõsentit. Uñ dico p̃m theo. q̃ mã est tñ a deo p̃ creationẽ. Scd̃m aũt p̃hos tenẽtes q̃ oĩa sunt a deo effectiue: dico q̃ mã p̃ma est effectiue a deo. nõ cũ nouitate essendi sed eternal'r: pp̃ qd̃ dicit̃ esse ingenerabilis & incorruptibilis. ¶ Forte aũt illi q̃ tenẽt p̃mã opionẽ arbitrati sunt q̃ mã non sit entitas distincta a forma: q̃ fuit improbatũ. 7^{o} huius. ¶ Si tñ intendũt aliter dicũt sicut puto. s. q̃ mã & for^{a} sint entitates distincte: & q̃ forma det materie entitatẽ & realitatẽ. arguo p̃ cos. Primo supponit̃ q̃ mã producit̃ tñ p̃ creationẽ. Supponit̃ scd̃o q̃ virtus creatiua nulli enti finito põt cõicari etiã tanq̃ instrumẽto. Ista duo supposita sunt Sancti Tho. in p̃^{o} p̃te. cui isti attribuunt hanc opinionẽ. Supponit̃ 3^{o} q̃ aliquid creari est ipsum accipere esse. i. suã entitatẽ & realitatẽ. Et arguit̃ sic. Id qd̃ p̃ducit̃ in esse tñ per creationẽ h3 esse. i. suã entitatẽ tñ a deo. P3 istud ex scd̃o p̃suppositio: q2 virtus creatiua nulli alteri potest cõmunicari. Sed mã exit in esse tñ per creationez p̃m veritatẽ. Aut ipsa a nullo h3 esse p̃m eos qui tenẽt q̃ entia incorruptibilia a nullo sunt effectiue. g̃ mã h3 suam entitatẽ tñ a deo vel ex se: & p̃iter nõ h3 eã a forma. ¶ Diceт forte q̃ h3 eã tñ a deo effectiue: sed tñ h3 eã a forma formal'r. ¶ Cõtra hoc arguit̃ supponẽdo q̃ in oĩb^{9} citra p̃mã cãm differt existentia ab entitate que existit vt p̃batũ fuit libro. 4^{o} & arguit̃ sic. Si forma dat formal'r realitatẽ materie: sequit̃ q̃ cuiuslibet forme sub'tãtialis sint duo effectus formales. S3 hoc est impossibile: q2 forma & effectus formalis sicut se necio consequunt̃ quãtũ ad esse: ita etiã q̃tũ ad vnitatẽ & pluralitatẽ p̃m omnes. Una. n. albedo dat tñ vnũ esse albũ. ergo entitas mãe nõ est effectus formalis forme. Probat̃ p̃ma cõsequẽtia. Effectus formalis forme: est ipsuz esse, qd̃ forma dat mãe, aut cõposito. Sed esse quo mã existit est entitas distincta a materia. g̃ si materia est etiã effectus formalis eiusdem

eiusdē forme:seqtur ꝙ eius sint duo effectus formales.Et in hoc isti decepti sunt:qꝛ enim videbāt ꝙ mā nō pōt esse in rerū nā nisi hēat formā dātē sibi esse.putauerūt ꝙ forª sit cā entitatis mãe:nō ↄsiderātes ꝙ aliud est dare eē materie formalr:⁊ aliud est esse cām entitatis mãe.¶ 2° arguit.Ois causa formalis est intrinseca ei cuius est cā.Sꝫ forma non est intrinseca entitati mãe.ergo nō est eius cā formalis.Maior ꝓbatur.qꝛ mā ⁊ forma sunt cause itrinsece suo effectui:effectus aūt ⁊ finis sūt extrinsece.Minor pꝫ:qꝛ pure potētie nō est extrinsecus aliqs actus:alioquin cū sūmo vniꝰ oppositi staret aliqd aliud alteriꝰ oppositi.sꝫ mā est pura ⁊ sūma potētia:forma x̄o est actus.ergo forª nō est itrinseca materie.¶ 3°.Nullū oppositū est cā entitatis alteriꝰ:vt pꝫ in oībus modis oppositionū.Sed actus ⁊ potētia sunt valde opposita vt dicit Cōmen.p̄mo de aīa cō.6.ergo cū forma sit actus ⁊ mā sit potētia:seqtur ꝙ forma nō est cā entitatis mãe.¶ 4°.Accipio illud instās primuꝫ in quo creata est mā sub aliq̄ forma.puta sub forma terre.Et arguit sic.Prius nā est deū ꝓducere entitatē materie:q̄ꝫ formā aliquid causare circa mām.g° entitas materie nō est a forma.Consequētia pꝫ:qꝛ entitas mãe iam est anq̄ꝫ forma aliqd causet:⁊ ↄñter si forma causaret istā entitatē ipsa causaret id qd̄ p̄existit eius causalitati.Añs ꝓbatur.Prius nā est formā esse q̄ꝫ ipsaꝫ aliqd causare.qꝛ ideo causat:qꝛ est:⁊ nō ideo est qꝛ causet:g° prius nā deus ꝓducit entitatem materie q̄ꝫ forma causet:añs pꝫ.Probat cōsequētia.Prius nā ꝓducitur mā q̄ꝫ forma:qꝛ oē receptiuū est prius natura eo ꝙ recipit in ipso:g° prius nā ꝓducitur materia q̄ꝫ forma aliqd causet circa ipsaꝫ.Istud argumentum non est de quacūq̄ꝫ forma:sed de p̄ma forma sub qua creata est materia.Unde cū ipsa forª nō fuerit cā entitatis mãe:seqtur ꝙ nulla alia forma sequens sit causa entitatis

Cōclo eiꝰ.Dico ergo ꝙ forma est quidē causa ꝙ materia existat: sed tamen non est causa entitatis materie que existit:siue rei que est subtracta existentie.

Ad p̄mū **Ad argumenta** rñdetur.Ad p̄muꝫ dī ꝙ forma nō est cā formalis nisi dādo eē ⁊ qꝛ dat primo ⁊ ꝑ se esse cōposito.⁊ ↄñter ēt materie:iō ꝓprie est cā formalis tm̄ cōpositi qd̄ cōstituit:vñ posset negari primū p̄suppositū.Et ad p̄mā eius ꝓbationē dicit ꝙ Phs loqtur de ꝑtibus itegralibꝰ:cuiusmodi sunt ꝑtes cōstituti:⁊ nō loqtur de ꝑtibus eēntialibus.¶ Ad 2am dī ꝙ maior est falsa:nisi id in quo recipit sit constitutū per eam tāq̄ꝫ per partē sui:ſm quē modū mā recipit tm̄ in cōposito.Sicut ēt albedo nō dī cā formalis parietis:sꝫ est causa formalis albi.i.cōpositi ex albedine ⁊ subto.¶ Ad 3am negatur maior.forma eniꝫ ⁊ finis gñationis nō sunt eadē res vñ si forma esset cā formalis eius cuius est finis,ipsa esset cā formalis gñationis qd̄ aperte est falsuꝫ.Dico igit ꝙ ad esse cām formalr alicuius,nō ꝑtinet esse finē eius sed esse formalr cōstitutiuū eius.In hoc eniꝫ stat formalis rō cause formalis:loquēdo de ea in ordine ad id cuius ipsa est itrinseca.Loquēdo aūt de cā formali in ordine ad suū effectuꝫ formalē ipsa dī causa illius esse qd̄ dat suo cōstituto.Sed admissis duobꝰ p̄suppositis dico ad argumētū ꝙ forma causat aliqd in materia distictū a forma.istud aūt nō est ipsa entitas mãe:sed est illud eē actuale quod ipsa dat materie:forma enim dat p̄ncipalr esse cōposito:⁊ ↄñter ēt

Ad scd̄m materie:qꝛ ipsa non existit nisi per esse cōpositi.¶ Ad 2m dī ꝙ ex mā ⁊ forma resultat cōpositū inquātū sunt vnite: nō ꝙ vnio formalr cōstituat cōpositū:sed est cā sine qua

Ad tertiū nō:partes enim nō constituerēt nisi vnirent.¶ Ad 3m negatur p̄ma ↄñtia.Qꝛ enim effectus ↄseruetur a cā vniuersali ⁊ nō a causa ꝑticulari:nō est ex hoc ꝙ cā vlis ꝓducat in effectu aliqd ꝑfectius q̄ꝫ cā ꝑticularis:sed est qꝛ cā vlis nobiliori modo agit q̄ꝫ particularis.agit eniꝫ per primū motū:quo remoto nulla cēt actio in rebus inferioribꝰ:⁊ ↄñter nullo modo eēnt res inferiores:cū ipse nō possint eē sine ꝓprijs earū actionibꝰ.Dico 2° ꝙ forma nō conseruat materiā:nisi sicut causa sine qua nō:ſm quē modū concessiuꝫ est etiaꝫ ꝙ dat entitatē materie.Causa autē conseruās materiam est solus deus a quo solo creata est.

¶ Utrum potētia mãe sit essentia materie. Qō.VI.

Queritur 6°.Utruꝫ potentia materie sit eēntia materie.Et arguitur ꝙ nō.¶ Primo.Illa nō sunt realr vnum,quoꝝ vno multiplicato alteꝝ non multiplicat.Sed multiplicat potētia mãe,nō multiplicata eēntia eius.ergo ⁊c̄.Maior pꝫ:alioquin ↄdictoria verificarentur de eadē re.Minor ꝓbat.Plurificatis actibꝰ,plurificantur potētie.Sꝫ eadeꝫ numero mā est in potētia ad plures actus.nam materia.b.ignis est in potētia ad aerē ⁊ aquaꝫ ⁊ terrā.ergo ⁊c̄.¶ 2°.Si eēntia materie cēt eius potentia, sequit ꝙ per aduētū forme substātialis corrūperetur eēntia materie.Sꝫ hoc est falsuꝫ:vt pꝫ.ergo ⁊c̄.Consequentia ꝓbatur:qꝛ posita forma corrūpit potētia que erat ad illā formā.ergo corrūpitur quicquid est idē realr illi potentie. Prima rō — Scd̄a rō

¶ 3°.Si materia est sua potentia sequit ꝙ materia sit in genere relationis:ↄñs est falsum:qꝛ materia est suba.2° de anima ⁊ 8° metaphysice.ergo materia nō est sua potentia: Minor pꝫ.Maior ꝓbat:qꝛ cuꝫ potentia dicatur in ordine ad actum:oportet ꝙ sit de genere ad aliquid. Tertia rō — T.cō.2.

Respondeo Circa istā questionē dicūt aliq ꝙ potētia accipit tribus modis.Uno modo ꝓ subiecto qd̄ dī potēs,eo modo quo diceret.ꝙ ignis est potētia ad calefaciendū.¶ Alio modo accipit potētia ꝓ qualitate de 2ª specie qualitatis,per quā subiectū denominat formalr eē potēs.⁊ sic calor in igne est eiꝰ potentia calefactiua.¶ 3° accipit potētia ꝓ respectu p̄dicti subiecti ad id,respec tu cuius est potēs.Dicūt p̄terea isti ꝙ mā est sua potentia primo modo.quia materia est ipsum subiectum potens recipere formas.nō tamen essentia materie est potētia 2° modo vel tertio:sed ponit in eēntia materie quedā forma absoluta de genere q̄litatis a qua denoiatur potēs:⁊ mediāte hꝰ qualitate ponit in eadē materia respectus ad formā.ponit aūt predicta qualitas in materia.vt relō ad formā imediate fundet in suba materie.¶ Hanc opinionē attribuunt Cōmentatori:tum qꝛ p̄mo physicoꝝ cōmento.70.dicit ꝙ potētia non est idē cum substātia materie:tuꝫ quia in libro de substātia orbis dicit ꝙ posse quo substat hoc subiectū,differt a natura subiecti. Quorundam dictō potētie.

Contra istam opīonēꝫ arguit:⁊ ꝙ sit falsa in se: ⁊ ꝙ false attribuat Cōmentatori.Qꝛ eniꝫ sit falsa in se;ꝓbatur.¶ Primo.Supponit ꝙ hꝰ potētia que est qualitas sit materia rō recipiēdi formam.Istud pꝫ ſm auctores p̄me opinionis q dicūt ꝙ sicut forª subalis nō agit nisi mediāte aliqua qualitate que est ei rō agēdi:sic etiā mā que est p̄ncipale receptiuū forme,nō recipit eaꝫ nisi mediāte aliqua qualitate nāli passiua que est ei dispō ad recipiēdū alia.¶ Supponit 2°:ꝙ nullū accidēs facit cum subiecto vnū per se perseitate metaphysica.Istud pꝫ:qꝛ suba ⁊ accidens sunt diuersoꝝ generū.Et arguit sic.Id qd̄ cū materia facit vnū ꝑ se nō vnit ei mediāte eo qd̄ facit cū ea vnū ꝑ accñs.Forma subalis facit vnuꝫ per se cū mā:⁊ illa qualitas.quā tu ponis facit cū ea vnum ꝑ accidens.ergo forma subalis nō vnit materie mediante tali qualitate.Minor pro p̄ma ꝑte pꝫ in fine 8° meta.Pro 2ª ꝑte pꝫ ex 2° p̄supposito.Maior ꝓbatur.Tum qꝛ id qd̄ facit cū altero vnū ꝑ se,nō vnit ei mediāte aliquo.vt dicit Phs 2° de aīa ⁊ 8° meta.Tum qꝛ seqtur ꝙ id qd̄ est ens ꝑ Impugnatur dicentes poam mãe ab ea distingui. — Supm pm — Supm 2m — T.cō.16. — T.cō.17.

Supm 3m accñs eēt p̃us eo qđ ē ꝑ se. ¶ 2° arguit̃. Supponēdo tria ſm Phm. Primū eſt ꝙ generatio eſt eterna a parte ante

Supm 4m ⁊ parte poſt/vt dĩ primo celi ⁊ 8° phyſicorū. Scđm eſt/ꝙ eſt impoſſe dare multitudinē actu infinitam vt demōſtrat

Supm 5m Phs 3° phyſicorū. Tertiū eſt ꝙ potētie multiplicant̃ ſm multiplicationē formarū: ita ꝙ in mã ſūt tot potētie/quot ſunt forme ad quas mã eſt in potētia: ⁊ hoc ꝯcedunt tenē-

Pria rõ. tes p̃dictam opionem. Ex his arguit̃. Impoſſe eſt eſſe actu multitudinē infinitã. Sed ſi in mã eſſet potētia diſtincta a mã/daret̃ multitudo actu infinita. ergo eſt impoſſe eē in materia talē potētiã. Maior ē 3° phyſico. Nec valet dicere: ꝙ Phs intēdit negare infinitū ſoluȝ in magnitudie: nō aūt in multitudine. Sic eniȝ dicit tex. cõ. 41. Neq; numerus etiã põt eſſe ſeparatū ⁊ infinitum. Ubi dicit Cõmē. ꝙ cū declarauerit Phs ꝙ infinitū nõ eſt quantū continuū/ incepit declarare vlr̃ ꝙ infinitū nõ eſt quantū diſcretum. Et poſtea ſubdit ꝙ nõ eſt poſſe inuenire numerū ſeparatū a mã aut nõ ſeparatū eſſe actu infinitum. Probat̃ minor. Tot ſunt potentie materie/quot ſunt forme quas mã põt recipere: vt pȝ ex 3° p̃ſuppoſito. Sed eſt in potētia ad formas infinitas: eo ꝙ gñatio eſt eterna ex p̃mo p̃ſuppoſito. ergo hȝ potētias infinitas. ¶ 3° ꝓbatur: ꝙ p̃dicta opinio non

Auer. nõ ꝯſentit ſuperiori opinioni. ſit de mēte Cõmētato. q̃r aut iſta potētia eſt accñs per accidēs/aut eſt accñs per ſe. Non p̃mū: q̃r nullū tale eſt coeternū materie: ⁊ ēt quia ſequit̃ ꝙ mã poſſet eſſe ſine hꝰ potētia. Non 2m: q̃r oē accidens per ſe ſicut ꝓpria paſſio per prius cõuenit vli q̃; particulari: lȝ enim albedo p̃us inſit Sorti q̃; homini. ideo eniȝ homo eſt albꝰ q̃r Sor. eſt albꝰ. tñ riſibilitas p̃us ineſt homini q̃; Sorti: naȝ ideo ſor. eſt riſibilis: q̃r homo eſt riſibilis. Sed mã ſm Cõmentatorem nõ eſt vlis: q̃r vt ꝓbatum eſt libro 7° ſm eum/ſola forma eſt vniuerſale. ⁊ ptinens ad q̃dditatē. ergo potētia non eſt ꝓpria paſſio materie. ¶ Forte tñ diceret̃: ꝙ lȝ vbi datur vle ⁊ particulare. ꝓpria paſſio prius cõueniat vli q̃; pticulari. tñ ēt nature que nõ eſt vlis põt cõuenire aliqua propria paſſio. Naȝ ſm Cõmē. vt infra declarabit̃: dimenſiones interminate ſunt ꝓpria paſſio materie: ſicut riſibilitas hois: niſi forte q̃s dicat ꝙ non fuit intētio Cõmē. ꝙ dimēſiones non ſepararent̃ a mã: vt infra declarabit̃. Et iõ alr̃ arguit̃ ſic. Quãtitas imediatius ſe hȝ ad materiã q̃; qualitates. vt dicit Cõmē. in libro de ſuba orbis. ergo dimenſiões interminate ꝑ prius ſunt in mã q̃; iſta qualitas quã tu appellas potentiã. ergo in mã nõ eſt aliqua potētia ab ea diſtincta qua mediãte recipiat dimenſiões: ⁊ tñ materia eſt potētia reſpectu dimenſionū: lȝ nõ ſit in potētia ſeparata ab actu. Sȝ imediate ꝑ ſeipſam recipit eas. ergo potētia a qua materia denominat̃ potēs. nõ eſt res diſtincta a materia. ¶ 4° arguit̃: q̃r Cõmen. capi. p̃mo de ſubſtãtia orbis dicit: ꝙ Ariſto. inuenit ꝙ ſuba oium accidētium ſunt ſube cõpoſite: ⁊ ꝙ ſuba ſimplex nõ põt eē hꝰ ſubiectū. Sȝ materia eſt de ſe ſuba ſimplex. ergo nõ põt eſſe ſubiectū illiꝰ qualitatis quã iſti ponunt. ¶ Confirmat̃: q̃r ſequit̃ ꝙ idē numero accidēs migraret de ſubiecto in ſubm: qđ eſt impoſſibile. Probat̃ ꝯñtia. Nã in mã ignis eſt potētia ad formã terre: iſtius potētie ſubm non eſt ſola mã. cū nõ ſit ſuba cõpoſita. Sȝ ignis eſt ſubm eius: cum aūt ex igne gñatur aer. in eodē aere manet potētia eadē ad formã. ergo illa potentia migrauit de ſubiecto in ſubiectū. Proceſſit aūt p̃dicta

Origo opinionis vñ ſumpta ē. opinio ex q̃buſdam verbis Cõmē. falſe itellectis. Ipſe enim p̃mo phyſicorum. cõ. 70. ſic dicit. Accidit ſubſtãtie eius. ſ. materie. vt ſit in potētia oēs forme: non ꝙ potētia eius eſt in ſuba: ita ꝙ ſit pars diffinitionis: qm̃ ſi potētia eſſet in ſuba eius tūc eſſe eius deſtrueret̃ ablatione potētie ⁊ preſentia forme in actu. ſ. forme ad quã habebat potentiã vt reciperet: ⁊ vlr̃ ſi potētia eēt in ſuba eius corrūperet̃ ad gñationē: ⁊ eſſet in p̃dicamēto ad aliq̃d: nõ in p̃dicamento ſube.

¶ Ad euidentiã iſtorū que dicit Cõmen. Sciēdum eſt ꝙ iſte terminus potētia in ſuo ſignificato dicit rē abſolutaȝ: ⁊ tñ cõnotat reſpectū ad actū. Poteſt ergo duplr̃ accipi potētia. Uno modo pro illo abſoluto. Alio modo ꝓ reſpectu. Si p̃mo modo accipit̃ potētia/ſic materia eſt ſua potētia: ⁊ hoc modo potētia ponit̃ in diffinitione materie: ⁊ ꝓpter hoc Phs p̃mo phyſi. tex. cõ. 69. appellat eaȝ ſubiectã nãȝ: ⁊ 7° ⁊ 8° metaphyſice dicit: ꝙ ipſa nõ eſt quid. nec quale: nec quãtum: ſȝ ē potētia oia iſta. Scđo aūt modo accipiēdo potētiã materia nõ eſt ſua potētia nec talis potētia ponitur in diffõne materie: ⁊ ſic intelligit Cõmē. in hoc loco: nõ aūt intelligit de aliqua potentia que dicat̃ qualitas. qđ pȝ. ¶ Primo q̃r potētia quã dicit non eſſe materiã corrūpitur in aduentu forme. talis aūt potentia que eſt qualitas ⁊ ratio recipiēdi formã/manet ſimul cū forma: ſȝ diuerſimode: q̃r ante aduentū forme: erat ſeparata ab actu ⁊ poſtea eſt cõiuncta actui. Scđo q̃r potētia de qua loq̃tur Cõmētator ē de genere relõnis: qualitas aūt nõ eſt relõ. Et iõ nulla talis qualitas ponēda eſt in eētia mãe a qua denomineť eſſe potētia: ſed ipſamet eētia materie eſt potētia receptiua formarū: nec aliq̃d aliud eſt ei rõ recipiēdi eas.

Ad primam rõnem in oppoſitū dicit̃ ꝙ aliquid plurificari põt eſſe duplr̃. Uno modo quantū ad ſuaȝ entitatē. ⁊ ſic conceditur maior ⁊ negat̃ minor. Alio modo formalr̃. ⁊ ſic negat̃ maior. Sor. enim per eandē albedinē eſt ſimilis Platoni albo: ⁊ eſt diſſimilis Ciceroni nigro: ⁊ ſic mltiplicat̃ relatio dato ꝙ nõ multiplicet̃ fundamentū: ⁊ tñ eſt idē realr̃ cū fundamēto: ⁊ hoc ideo eſt. q̃r nõ multiplicat̃ illa entitas que eſt relõ: ſȝ multiplicet̃ in eſſe relatiuo. Silr̃ diceret̃ de materia ⁊ potētiaꝰ ad diuerſos actus: ꝙ multiplicaret̃ in rõne potētie ⁊ nõ in rõne materie. ¶ Dĩ 2°: ꝙ in materia eſt vnica potētia realis: ꝑ quã materia reſpicit oēs formas: in illa aūt potentia fundant̃ tot reſpectus rõnis quot ſunt forme receptibiles in materia. adueniēte autē vna forma ceſſat ille reſpectus rõnis qui erat ad ipſam: ⁊ materia tunc hȝ ad eaȝ reſpectū realē: ⁊ ſic pȝ ꝙ nõ plurificat̃ potētia materie accipiendo potentiã pro aliquo abſoluto: eadē enim potentia numero põt eſſe ad plures actus: ſȝ cū diuerſis reſpectibus rõnis. ¶ Ad cõfirmationē dĩ ꝙ duplex eſt potētia reſpectu forme. Una eſt potētia remota ⁊ hec eſt tñ vna. ſ. eētia materie: alia eſt potētia ꝓxima: ⁊ hec multiplicat̃ ſm varietatē formarū: alia eniȝ eſt diſpõ ſiue potētia ꝓxima ad formam ignis. ⁊ alia ad formã aque. Et ad hunc ſenſum dixit Cõm. ꝙ numerus habilitatū materie. eſt ſm numerū formaruȝ. ¶ Ad 2m negat̃ ꝯñtia. Ad ꝓbationē dĩ ꝙ ꝑ aduentū forme deſinit eē ille reſpectꝰ rõnis qui fundabat̃ in materia: ſȝ nõ deſinit eſſe illa potētia qua materia erat formalr̃ in potētia ad formã/imo manet actui cõiuncta. ¶ Ad 3m negatur ꝯñtia: cuius ꝓbatio ꝓcedit ſoluȝ quãtū ad illū reſpectuȝ: quē cõnotat hoc nomen potentia/in obliquo.

¶ Utrū Materia ſit rõ recipiēdi quantitatē. Qõ. VII.

Queritur 7°. Utrū mã ſit rõ recipiendi quãtitatē: ita ꝙ quantitas recipiat̃ in ſuppoſito per mãm tãq̃; per imediatã rõnem recipiēdi. Et videt̃ ꝙ nõ. ¶ Primo. Id qđ cõuenit ꝑ ſe alicui generi: conuenit ꝑ ſe oibus ſuis inferioribꝰ. Sȝ corpori qđ eſt genus de p̃dicamēto ſube ꝯuenit ꝑ ſe eē quãtuȝ. ergo hoi cõuenit inquãtū eſt hõ ꝑ ſe eſſe quãtū: cū homo ꝯtineatur ſub corpe. Sȝ homo eſt homo ꝑ ſuã formã/que eſt aia ⁊ nõ ꝑ mãm. ergo nõ tñ mã: ſȝ ēt aia eſt ei rõ recipiēdi quantitatē. ¶ 2°. Nihil ꝯtinet̃ per ſe ſub corpe de gñe ſube/niſi ad ipſum ꝑ ſe ꝯſequat̃ quãtitas. Sed corpus de genere ſube nõ dicit tñ mãm: nec tñ

formam

formā sed cōpositū.ad qḋ per se ꝯsequitur quātitas.ergo si quātitas nō ꝯsequitur cōpositū:qḋ est homo.sed tm̄ materiā eius:seqtur ꝙ hō nō ꝯtinetur per se sub corpe:qḋ est falsū.

Tertia rō ⁋ 3° esse extensū cōuenit materie ꝑ se pmo(si eniz cōueniret ei ꝑ aliud:hoc nō eēt nisi per formā:ꝛ sic forma eēt ratio recipiēdi quantitatē)Sꝫ id qḋ cōuenit alicui primo ꝛ ꝑ se:cōuenit ei oī alio circūscripto.ḡ circūscripta forma adhuc cōueniret māe eē extensū:qḋ est impole:quia in per se ordinatis/2^m nō pōt esse sine pmo.forma autē est pōr quātitate ordine eētiali.ḡ nisi forma subalis insit materie nō pōt in ea esse quātitas.

Quarta ratio. ⁋ 4°.Quicqd est rō recipiēdi quātitatē.est ēt ratio augumēti:qꝛ augumētū est ꝑm quātitatē.Sꝫ mā nō est rō augumēti in rebus viuētibus.sed aīa:alioqn res inanimate ita augerent.sicut res aīate.ergo ꝛc.

Quīta rō ⁋ 5°.Id est rō recipiēdi quantitatē/per qḋ differt subm̄ forme accidētalis a subto forme subalis:cū ipsa q̄titas sit accidēs.Sꝫ subm̄ forme accidētalis differt a subto forme subalis per esse ens in actu simplr:esse aūt ens actu simplr cōuenit subto per formā subalē.ergo oē cōpositū est subm̄ forme accidētalis:ꝛ per ꝯñs ēt quātitatis ꝑ suam formā subalem.

Sexta rō. ⁋ 6°.Id qḋ nō est ꝓprium potētiale/illi⁹ nō est imediata rō recipiendi formas gñe distinctas:quia cuilibet forme ꝑm genus corrñdet ꝓpriū potētiale.Sed mā est imediata rō recipiēdi formas subales q̄ gñe distinguunt a q̄titate.ḡ nō est imediata rō recipiēdi quātitatē.

Respondeo Premittēdo aliqua pro notitia hui⁹ qōnis.Primū est ꝙ esse subm̄ quātitatis ꝛ esse rōnē recipiēdi quātitatē nō sunt idē.

Sup^m p^m Immediatū enim subm̄ quātitatis/est suba cōposita ꝛ non mā:qꝛ vt ꝓbatū fuit in 7°.Nullū accidēs imediate recipit in mā.Esse eniz subm̄ quātitatis est eā pncipalr sustentare in sua existētia:qḋ nō pōt cōuenire māe.cū sit pura potētia.Esse aūt rationem recipiendi/est esse id a quo suba hꝫ ꝙ recipiat quātitatē ꝛ ei substernat:sicut ēt aliḋ est eē calefaciēs:ꝛ aliud est esse rōnē calefaciēdi.ignis eniz est calefaciēs:ꝛ calorē ei rō calefaciēdi.

Sup^m 2^m ⁋ Premitto 2°:ꝙ q̄lꝫ q̄titas hꝫ ꝙ sit q̄titas i subto recepta:ꝛ hꝫ ꝙ sit determinata ꝑꝫ magnitudinē ꝛ paruitatē:ꝛ ideo aliḋ ē ēt q̄rere a quo hꝫ subꝫ qḋ sit receptiuū quātitatis:ꝛ aliud est querere a quo hꝫ ꝙ sua quātitas ita sit terminata.

Prīa p^o ⁋ Ad q.aūt rñdeo trib⁹ conclusionibus.Quarū pma hec est.Proxima ratio recipiēdi quātitatē nō est mā nec forma:sed ꝓpriū potētiale de gñe quātitatis.Ista ꝯclusio non est ꝓbanda in hoc loco:sed ꝓbabitur in.12.hui⁹.vbi de hoc erit spālis questio.

Secūda p^o ⁋ 2^a cōclusio.Prima rō per quā aliqḋ est susceptiuū quantitatis/nō est for^a.sꝫ mā.Istā ꝯnē ꝓbo.⁋ P.Quꝫ in suba cōposita nihil sit pus quātitate nisi mā ꝛ forma ꝛ ipsū cōpositū.opꝫ ꝙ aliqḋ istorū sit rō recipiēdi quātitatē.Sed cōpositū non est pma ratio:cū sit ipsū recipiēs.ꝛ nō rō recipiēdi:nec forma est talis ratio:ergo mā.Qꝛ aūt non sit form a.ꝓbatur.Supponēdo ꝙ in hoie nulla alia est forma nisi aīa intellectiua:qꝛ hoc ꝓbabit infra.Sꝫ aīa itellectiua nō est pma ratio recipiēdi quantitatē.Tum qꝛ ipsa recipit in materia distincta.ergo in illo priori mā est quāta.Tuꝫ qꝛ ipsa anima itellectiua eēt quanta ꝛ extensa saltē per accñs.

⁋ 2°.Arguit.Tota cā ꝓp quā recipit quātitas in suba materiali est vt ꝑ eaꝫ distinguat ab alijs que sunt eiusdē spēi.Sed distictio pus cōuenit māe q̄ forme.ideo eniz forma est hec:qꝛ recipit in hac mā ꝛ nō eā.ergo quātitas conuenit ꝑ prius rōne materie q̄ rōne forme.⁋ 3°.Quātitas ex sua ꝓpria rōne hꝫ reddere subam diuisibilē in ptes eiusdē rōnis:vt ꝓbatū fuit in 5°huius.⁋ Sed hꝫ diuisibilitas cōuenit ꝑ prius materie q̄ forme:cū alique forme sint indiuisibiles.taꝫ ꝑ se q̄ ꝑ accidēs:saltē aīa itellectiua.Alie vero que sunt diuisibiles ꝑ accidēs nō diuiduntur/nisi qꝛ mā in qua sunt diuidit.ergo ꝛc.⁋ 4°.Materia de se est vna:ꝛ tm̄ plurificata est sub diuersis formis.alia eniz est materia hui⁹ignis.a mā illi⁹.ergo id qḋ facit hꝫ distinctionē.s.quātitas:inest rōne materie vt faciat eaꝫ esse distinctā.⁋ Cōfirmatur.In instāti in quo forma ignis recipit in mā aut pus ꝑm rōneꝫ mā hꝫ eē distinctū ꝛ quātitatē:aut pus ꝑm rationē hꝫ formā ignis q̄ esse distinctū.Nō enim pōt dici ꝙ vtrūqꝫ simul:qꝛ iter istas formas est ordo ꝑ se.Si dicas ꝙ prius hꝫ formā ignis.ergo in illo pori iste ignis non est ab aliquo alio distinctus:ꝛ cū eius gñatio sit distincta:seqtur ꝙ distincta gñatio nō terminabit ad distinctū genitū.Et ꝓp hāc rōneꝫ motus fuit Cōme.in libro de suba orbis.ad ponēdum dimensiōes coeternas materie.Quantū aūt cōcludat hec ratio patebit infra.Cōcludit eniz saltē appārēter in hoc ꝓposito.

⁋ 5°.Si forma subalis est rō recipiēdi quantitatē:seqtur ꝙ ita se hꝫ quātitas ad formā subalē.sicut color ad superficiē:pꝫ ista ꝯñtia.qꝛ superficies est rō recipiēdi colores.Sꝫ si supficies separaret a suba adhuc ipsa est colorata:ergo in forma puta in aīa post separationē a mā saluaret quātitas:ꝛ per ꝯñs aīa separata haberet trinā dimensionē ꝛ esset corpus:qḋ est absurdū.

Tertia p^o ⁋ 3^a conclusio.Qꝛ quātitas sube mālis sit determinata ad aliquam magnitudinē vel paruitatē non est rōne materie:sed rōne forme.Probat.Quelibet forma subalis hꝫ virtutes suas nāles determinatas:cū habeat finitas v̄tutes tam itensiue q̄ extensiue.ḡ quelibet forma subalis requirit quantitatē determinataꝫ.Probat ꝯñtia:qꝛ vt dicit Phs 4° metheororū.in maiori quāto:maior est virtus:ꝛ hoc pꝫ ad sensuꝫ:maior eniz ignis hꝫ maiorē virtutē calefactiuā:si ergo eēt infinite quātus:virtus quoqꝫ eēt infinita ꝛ nō terminata.Alijs rōnib⁹ ꝓbabitur ista ꝯclusio in pmo physicoꝝ.vbi ondet ꝙ dant minima nālia/rōne forme ꝛ nō rōne māe.

Ad primum Ad p^mū dī ꝙ sicut oē pdicatū dicens totam essentiā subiecti aut partē eētie.dī de subto in pmo mō dicēdi per se.ita pdicata que ꝑ se cōsequunt eētiam aut aliquā partē eētie/dñr de subto in 2° modo perseitatis.Naꝫ intellꝰ ꝛ volūtas lꝫ tm̄ aīam cōsequant.ꝛ nō materiā.tamē pdicantur de hoie in 2°modo dicēdi per se.ita ēt quātitas dī per se:lꝫ ꝯsequat tm̄ materiā.Sꝫ qcquid sit de hoc/dico ad minorē ꝙ si intelligit ꝙ esse quātū ꝯueniat ꝑ se corpi de gñe sube rōne forme dantis esse corporeū/sic est falsa.Forma eniz dans esse corporeū nō ideo dī forma corporeitatis:qꝛ ipsa sit rō recipiēdi quantitatē:sed qꝛ pmo cōstituit subiectū ꝛ materiā.in qua pōt designari trina dimensio.ꝛ ad quā necessario ꝯsequit quātitas ꝛ corpus de gñe quātitatis.Sꝫ aliud est quantitatē necessario ꝯsequi aliquā formā/ꝛ aliud est formā eē rationē recipiēdi quantitatē.Si aūt intelligit ꝙ quātitas necessario ꝯcomitat formā corpeitatis sic ꝯcedit.sed tūc dico ꝙ ēt necessario ꝯsequit animā:cuꝫ ꝛ ipsa det esse corporeū.

Ad scdm ⁋ Ad 2^m dī ꝙ homo ꝯtinet ꝑ se sub corpe:quia aīam duꝫ recipit in mā ꝯsequtur ꝑ se quātitas.ratio tm̄ recipiēdi quantitatē nō est aīa.sed mā.Ratio aūt ꝙ formā quālibet substātialē consequat ꝑ se quātitas est:qꝛ mā non pōt esse sine quātitate.ꝛ qꝛ est ordo eētialis iter formas subales ꝛ accidētales.ꝛ ideo cū quātitas necessario sequat materiā/ex quo mā nō pōt esse sine quātitate:ꝛ nō possit ibi eē q̄titas nisi pus natura insit forma subalis.ideo quātitas necessario ꝯsequit formā substātialē.Ex quo pꝫ ꝙ ista ꝯsecutio ꝑ prius ꝛ pncipalius est rōne materie.Et per hoc magis pꝫ id quod dicebat ad pmū argumētū.

Ad tertiū ⁋ Ad 3^m dī ꝙ eē extensuꝫ cōuenit materie formalr ꝑ quātitatē.sube aūt cōposite ꝯuenit pmo ꝛ ꝑ se tāq̄ subiecto extēsionis.ꝫ materie ꝯuenit pmo ꝛ ꝑ se tāq̄ ei/qḋ est rō recipiēdi extensionē.nō aūt seqtur ꝙ extensio ei ꝯueniret si esset separata a

forma subāli:sicut pꝫ in sīlī. Nā calori cōuenit pͥmo ⁊ ꝑ se esse rōnē calefaciēdi:⁊ tñ si calor eēt separatus ab oī subiecto/nō calefaceret:⁊ tñ ei semꝑ cōueniret esse rōnē calefaciēdi:qꝛ si poneret̄ in subto/eēt ei rō calefaciēdi:ita dico in ꝓposito ꝙ si mā eēt separata ab oī forma subāli.ipsa non posset vt sic habere quātitatē:qꝛ forma subālis ꝑsupponit̄ cuilibet accidētali:tñ ipsa esset rō recipiēdi quātitatē:qꝛ si materie vniret̄ forma subālis faciēs cū ea suppositū:tale suppositū reciperet quantitatē rōne materie. ¶ Ad 4ᵐ dr̄ ꝙ in augumēto est ꝯsiderare tria. Primū est potētia augumētatiua/que est actiua:⁊ hec ꝯsequitur animā:⁊ ideo res inanimate augeri nō pñt:qꝛ nō hñt hꝰ pͥncipiuꝫ actiuum. Aliō est additio materie nutrimēti ad id qd̄ nutrit̄.⁊ hoc constat esse rōnē mae.s.ꝙ vna mā addit̄ alteri:⁊ ex eis fit vna:qꝛ actuat̄ per eandē formā. Tertiū est determinatio quātitatis. Naꝫ id qd̄ auget̄ nō auget̄ in infiᵐ.sed ad aliquez terminū magnitudinis:⁊ hoc est rōne forme:vt pꝫ ꝑ tertiā ꝯnē. Et qꝛ augumētū nō est nisi via ad quātitatē determinatā:ideo augumētū ꝓprie loquēdo est rōne forme. Sed pͥma receptio quātitatis in aliquo subto est rōne materie.augumētū aūt nō dicit pͥmam receptionē quātitatis. ¶ Ad 5ᵐ negat̄ maior. Ratio eniꝫ recipiēdi formā subālē ⁊ quantitatē est eadē. Qꝛ aūt subm forme accidentalis ⁊ quātitatis sit ens in actu:nō arguit ꝙ forma subālis ꝑ quā est in actu/sit ei rō recipiēdi qd̄libet accidēs.sꝫ solū ꝙ est ordo eēntialis inter formā substātialē ⁊ accidētalē. Unde dico breuiter ꝙ id ꝑ quod distinguit̄ subꝫ forᵉ accñtalis a subiecto forme subālis:nō hꝫ ꝙ sit ratio recipiēdi formaꝫ accidētalē:sed bene opꝫ ꝙ sit cōstitutiuum ipsius subiecti forme accidētalis:⁊ ꝙ nulla forma accidētalis possit in eo recipi:nisi subm pͥmo ꝑ illud sit cōstitutum.⁊ hꝰ est forma subālis. Prius eniꝫ opꝫ terminari dependētiā quā hꝫ mā ad formā substātialē/q̄ꝫ dependētiā quā hꝫ mā tāq̄ꝫ rō recipiēdi ad formā accidentalē. ¶ Ad 6ᵐ dr̄ ꝙ idē nō est ꝓxima ratio recipiēdi formas gñe distinctas.⁊ ideo in quolibet subiecto quātitatis opꝫ ponere ꝓpriū potentiale ad quantitatē:cū hoc tñ stat ꝙ mā sit pͥma rō recipiēdi tam formā substātialē q̄ꝫ quantitatē:ꝑsertim qꝛ mā nō dr̄ proprie ratio recipiēdi formā substātialē:sꝫ dr̄ eius subiectū. Nō est aūt incōueniēs ꝙ idē sit subiectū formarū vniꝰ generis:⁊ sit ratio recipiendi formas alterius generis. Et sic pꝫ ꝙ lꝫ forma subālis sit aut causa efficiēs quātitatis que ipsam consequit̄:aut sit eius cā finalis.tñ mā est subiecto quantitatis ratio recipiēdi ipsam quantitatem.

Ad q̄rtū argumētū. · *Ad q̄ntū.* · *Ad sextū.*

¶ Utrū forᵃ corporeitatis sit coeterna mae. Qō. VIII.

Respondeo Ista questio posita est p̃pter formaz corporeitatis quã aliqui ponunt: tamen aliter q̃ posuerit Auicenna. Uolebat enim Auicenna q̃ corporeitas esset oĩno inseparabilis a mã: ita q̃ semp manebat eadẽ numero in mã in quacũq̃ generatione / nõ solũ mixtorũ. sed etiã corporũ simpliciũ. Nã alia est for^a^ ẜm ipsuz p quã ignis est ignis: ⁊ alia p quã ignis est corp^9^: cũ aũt ex igne generat aqua corrũpit illa for̃a per quã ignis est ignis: ⁊ manet illa per quã est corpus: ⁊ cõsequẽter manet idẽ numero corpus qd erat prius. Isti vero aliter dicunt. ¶ Ad cuius euidentiã est sciendũ q̃ quelibet forma subalis est incõpossibilis in eodẽ / illi forme quã virtualr cõtinet: dicit aũt vna for̃a virtualr cõtinere illã for̃az cui^9^ effectus ⁊ operationes põt causare ⁊ supplere ipsa circunscripta. Et q̃ for̃a mixti inanimati: ⁊ for̃a elemẽti / cõtinet virtualr formam corporeitatis: q̃ effectus corporeitatis sunt esse q̃tum ⁊ esse extensibile: que oĩa efficiunt p̃dicte forme: iõ in mixto inanimato ⁊ in elemẽto / non est for̃a corporeitatis distincta a p̃prijs formis eorũ: sed in eis est tm̃ vna for̃a. Anima vero nõ põt supplere p̃dictos effectus: cum talis aĩa sit impartibilis ⁊ inextensa: ⁊ p̃pter hoc opz ponere in hmõ animatis / corporeitatẽ distinctam realiter ab aĩa: vt pbant rõnes suprapositae. ¶ Cõtra istã opinionẽ. dico q̃ in aĩalibus ⁊ viuentibus est tm̃ vna for̃a substãtialis / que est aĩa dans esse corporeũ ⁊ esse viuens ⁊ esse aĩal / eo modo qui declarabit in sequentibus. Et lz hoc pbet per rõnes generales / cõcludẽtes vnitatẽ for̃e in oĩbus: tñ arguit specialr. ¶ Primo. Supponit q̃ aliqua aĩa est for̃a extensa p totum animal. Istud pbat. Tuz q̃ sola aĩa intellectiua est tota in toto: ⁊ in tota in qualibet parte: ⁊ tamen hoc cõueniret etiã alijs / si ipse essent indiuisibiles. Tuz quia phs scdo de aĩa. tex. cõmẽti. 20. dicit q̃ in aĩalib^9^ anulosis due sunt anime in potẽtia / que reducunt ad actum per corporis diuisionẽ. ergo illa aĩa est partibilis. Ex hoc arguit sic p rationẽ istorũ. ¶ Quelibet forma est incõpossibilis illi / quã cõtinet virtualr. Sed aĩa sensitiua cõtinet virtualiter corporeitatẽ. ergo sunt incõpossibiles in eodẽ: maior est eorũ. Minor pbat. Anima sensitiua est extensa in brutis: vt pz per suppositũ. ergo põt dare esse extensuz ⁊ esse corporeũ qui sunt effectus corporeitatis. ergo cõtinet eam virtualiter. ¶ Scdo arguit. Possibile est ẜm istos q̃ mã sit actu in rerum nã / sine oĩ for̃a: ⁊ cum hoc sit possibile in sensu composito / nullũ sequit impossibile si ponat in actu: vt dicit 9° metaphysice. tex. cõmẽti. 10. ponat ergo mã nullaz hñs formã: huic aũt mãe postea vniat deus aĩam sensitiuã: puta leonis cum quãtitate / nullam aliaz formã substãtialem causando in p̃dicta materia: qd isti habent cõcedere esse possibile: q̃ vnũqdq̃ põt p̃duci nõ p̃ducto eo a quo realiter est distinctũ: ⁊ quero tunc vtrũ cõpositũ ex ista materia ⁊ anima sensitiua sit aĩal vel nõ. Non potes dicere q̃ nõ: q̃ ipsuz est substãtia aĩata sensitiua. ergo est aĩal: ⁊ pz cõsequẽtia a diffõne ad diffinitũ. Si est aĩal: ergo est corp^9^. Patet cõsequẽtia ab inferiori ad suũ superius affirmatiue. ergo hz formã corporeitatis. Sed per casuz positũ nõ habz aliaz formaz substãtialẽ nisi animã. ergo est for̃a corporeitatis in rebus aĩatis. ¶ Dices forte q̃ est corpus de genere quãtitatis: sed nõ est corpus de genere substãtie. ¶ Cõtra. Corpus de genere quãtitatis nõ est superius ad corp^9^ de genere substantie: cum non sit cum eo in eodem ordine predicamentali. ergo ⁊c. ¶ Dicetur forte aliter q̃ posito illo casu non valet consequentia. est animal. ergo est corpus. ¶ Contra. Cõsequentia ab inferiori ad suum superius est consequentia formalis. Sed nullus casus variat consequentiam formalem: vt dicunt logici: cum ipsa sit summe necessaria: presertim posita cõstantia subiecti:

vt est in ꝓposito:qa ponit̄ ꝙ hoc animal sit in rerū natu/
ra.ergo ꝛc̄. ℂ Cōfirmat̄. Ista cōsequētia est formalis:hō
est aial.ergo est corpus.ergo non est possibile ita esse sicut
signat̄ ꝑ aña:qn ita sit sicut signat̄ per ꝯñs.ḡ nō est possi/
Sup^m 2^m bile ꝙ sit aial nisi sit corpus de p̄dicamēto sube. ℂ Ter/
tio arguit̄. Supponēdo ꝙ circūscriptis oībus differētijs
a genere:genus nō pōt esse in rerū nā:sed est tm̄ in appre/
hensione aie.Et hui⁹ rō est:qꝛ nihil est in genere.quin sit
Sup^m 3^m in aliqua eius specie. ℂ Supponit̄ 2° ꝙ id cui adueniūt
plures forme ab eo realr̄ distincte/pōt naturalr̄ esse in re/
rū nā etiā eis remotis:si ipsuꝫ quoqꝫ dicat aliquā formā.
Istud pꝫ per eos:qa ꝙ mā nō possit esse nāliter sicut for/
ma/est.qꝛ nullā hꝫ ex se formā.ꝛ si haberet aliquā formaꝫ
sibi intrinsecam/posset esse in natura oībus alijs remotis.
Sup^m 4^m ℂ Supponit̄ 3° ꝙ si corporeitas est forma distincta ab
aia in rebus aiatis/ab ea sumit̄ genus:ꝛ ab aia sumit̄ dr̄ia
cōstitutiua aialis:qꝛ ꝙ aial sit corpus habebit a corporei/
tate:ꝛ ꝙ sit sensitiuū habebit ab aia sensitiua.Ex his argr̄
sic. ℂ Id cui adueniunt plures forme realr̄ distincte/pōt
nālr̄ esse in nā eis remotis/si ipsuꝫ dicat aliquā formam.
Sed generi adueniunt dr̄ie que sunt forme ab eo realr̄ di
stincte in aialibus.ergo genus pōt naturalr̄ esse sine dif/
ferētijs:ꝛ cōsequenter erit tale ens in genere ꝛ nō in aliq̄
eius specie:qd̄ est cōtra p̄mū presuppositū. Maior pꝫ ex
scd̄o presupposito:ꝛ minor ex tertio:ꝛ falsitas ꝯclusionis
ex p̄mo:ꝛ ꝯñtia est formalis.ergo bene sequunt̄ oīa predi
cta. Alie rōnes qbus ꝓbatur ꝙ aial est aial ꝛ corpus per
eandē formā/posite sunt supra vbi ꝓbabat̄ ꝙ nō sunt tot
forme in eodē.quot sunt predicata qdditatiua.

Ad p̄mū **Ad primum** argumētū in oppositū dr̄ ꝙ aial di
uidit̄ in partē mouentē ꝛ ptē motā:
nō qꝛ in eo sint due aie distincte vel due partes habentes
distinctas formas subales:sed qꝛ in aiali sunt due poten/
tie.quaꝝ vna.s.appetitus imperat motū:vt dicit̄ 3° de aia
textu cōmēti.49. Alia xͦo.s.vis motiua affixa musculis ꝛ
neruis exequit̄ motū. Uirtus aūt imperās ꝛ exequēs non
sunt in rebus nō habētibus aiaꝫ sensitiuā:ꝛ ideo nō dicū/
tur mouere seipsa tali motu.s.motu locali. Plante xͦo mo
uent se nō qdē motu locali:sed qa habēt in se p̄n^m actiuuꝫ
nutritionis ꝛ generationis ꝛ augumenti:qd̄ nō cōuenit re
Ad scd̄m bus inaiatis. Et per hoc pꝫ ad cōfirmationē. ℂ Ad 2^m di
Cōmentator hic reicitur. cit̄/ꝙ illa verba nō sunt phī:sꝫ Cōmētatoris:de quo mul/
ti dicunt ꝙ putauit tot esse formas in cōposito quot sunt
predicata qdditatiua:ꝛ ideo eius auctoritas nō recipitur
in hoc ꝓposito. ℂ Dr̄ scd̄o ꝙ ratio quā ibi facit phs̄ ꝯtra
antiquos est ista. Si aia est puncta:sequit̄ ꝙ aia nō possit
mori aut separari a corpore manēte ipso corpe:cōsequēs
est falsuꝫ:vt pꝫ.ergo ꝛc̄. Probat aūt ꝯsequētiā:qa puncta
non possunt separi a linea manente linea:eo ꝙ sunt eius
vltima:ꝛ ita exponit Cōmētator. Nō dicit tñ phs̄:aut Cō
mentator ꝙ maneat idē numero corpus/postq̄ꝫ separata
Ad tertiū est aia. ℂ Ad 3^m dr̄ ꝙ illa cōsequentia nō valet ꝺm Phꝫ
ꝛ veritatē:sed valet ex cōcessis ab his contra quos argue/
bat.ipsi enim dicebant ꝙ aia est corpus subtilissimuꝫ pe/
netrans vnū aliud corpus.s.corpus aialis.sequit̄ eniꝫ hoc
Ad q̄rtū posito:penetratio corpoꝝ.ꝛ duo corpora eē sil̄. ℂ Ad 4^m
dr̄ ꝙ aia dicit̄ esse actus corporis:ꝛ dicit̄ esse actus aiati:
sicut etiā lux dicit̄ esse actus lucidi:ꝛ dicit̄ esse actus dia/
phani:cuius ratio est:qa in diffōne forme pōt poni subm
informe:ꝛ pōt poni subm formatū. Dr̄ autē aia esse actus
aiati.qꝛ est tanq̄ꝫ ps eius:est.n.altera ps sube aiate. Dr̄ xͦo
esse act⁹ corpis tanq̄ꝫ subiecti.nō ad hunc sensuꝫ ꝙ aliqd̄
ens actu ꝯstitutū per formā corporeitatis distinctā ab aia
sit subm aie.sed qa ꝯstitutū ex mā p̄ma.ꝛ aia/inquātū dat
esse corporeū est subm quodā mō:ꝛ est in potētia ad ipsaꝫ
aiaꝫ inq̄ꝫtū dat esse aiatū. Nō sequit̄ aūt ex hoc ꝙ in cor/
pore aiato sint distincte forme:sed ꝙ ibi est tm̄ vna hñs
diuersos gradus ꝑfectionis. ℂ Ad 5^m dicit̄ ꝙ mā p̄us re/ Ad q̄ntū
cipit formā vl̄eꝫ q̄ꝫ ꝑticularē:puta corpeitatē q̄ꝫ aiam:sed
in aduentu aie corrūpit̄ corporeitas:ꝛ generalr̄ in aduētu
cuiuslibet forme ꝑfectioris corrumpit̄ iperfectior. ℂ Ad Ad sextū
6^m negat̄ minor. Ad ꝓbationē dr̄ ꝙ vnicus calor in aiali
dr̄ nālis/inq̄ꝫtū ꝯsequit̄ aiam nāliter:ꝛ est instr̄m eius in Cōtra medicos fortassis.
digerēdo:idē quoqꝫ calor dr̄ innālis.inq̄ꝫtū ꝓpter aliquā
cām aut extrinsecā aut intrinsecā est intensior q̄ꝫ requirat
nā talis aialis. Similr̄ idē calor est aialis.inquātū aia eo
mediante exercet opera vite:ꝛ regulat ea generando car/
nes ꝛ ossa.dicit̄ etiā elementaris inquantū hꝫ aliqd de ꝓ/
prietate caloris elemētaris.s.dissoluere aliqua ꝛ coagula/
re alia. ℂ Ad 7^m dicit̄ p̄mo/ꝙ motus pōt ex duobus ha/ Ad 7^m
bere vnitatē.s.ex vnitate subiecti ꝛ ex cōtinuitate. In casu
aūt illo motus esset vnus scd̄o modo ꝛ nō p̄mo mō. Dicit̄
scd̄o ꝙ ille motus nō est ēt simplr̄ vnus ex cōtinuitate:sꝫ
tātū ꝺm quid:qa non est simplr̄ cōtinuus. Dr̄ enim aliqs
motus non esse cōtinuus duplr̄. Uno modo:qa intercipi/ Distictio.
tur per qetē mediā:ꝛ hoc non accidit in casu p̄dicto. Alio
mō motus nō est cōtinuus:qa in tēpore mensurāte ipsuꝫ
est signare vnū instans in quo mobile nō mouet̄ nec quie
scit.sed incipit moueri per negationē de p̄senti ꝛ positio/
nem de futuro:ꝛ ita est in casu p̄dicto. Est.n.dare aliquod
instans in quo est p̄mū nō esse bouis/ꝛ p̄mū esse cadaue/
ris:ꝛ in hoc instanti verū est dicere:cadauer nunc nō mo/
uet̄:ꝛ imediate post hoc mouebit̄. ℂ Decipiunt̄ aūt mul/ Multorū deceptio hoc in argumento.
ti in hoc argumēto ꝛ sil̄ibus:qa putant valere hanc cōse/
quentiam:hoc mobile nō mouebit̄.ergo quiescit. Sꝫ non
valet:qa datur medium hoc qd̄ est incipere moueri.

ℂ Utrum in eodē cōposito sint plures forme subales ꝺm
ordinem p̄dicabilium essentialium. Questio. XII. Cap.2:d.15.q.vnī.

Queritur 12°. Utrū in eodē composito
sint plures forme subales ꝺm
ordinē p̄dicabiliū essentialiū. Et arguit̄ ꝙ sic.
Pria rō. ℂ Primo dicit Phs̄ 7° metaphysice ꝙ dif/
finitio est sermo habēs ptes:ꝛ ꝙ ptibus diffi/
nitionis correspondent ptes rei.ergo alia est ps a qua hō
est aial:ꝛ alia a qua hō est hō. Nec pōt dici ꝙ mā sit illa
pars que corrñdet generi:qa genus nō dicit puraꝫ poten
tiā:sed dicit foīaꝫ mediā inter potētiā ꝛ actū:vt dicit Cō/
mentator p̄mo metaphy.cōmēto.17. ℂ Scd̄o. Phs̄ scd̄o Scd̄a rō T.cō.8.
metaphysice volēs ꝓbare ꝙ nō sit ꝓcessus in infinitū in
causis formalib⁹/ꝓbat nō esse ꝓcessuꝫ in infinitū in p̄di/
catis in qd.ergo vult ꝙ ꝺꝫ diuersitatē taliū p̄dicatoꝝ/sint
distincte forme in eodē indiuiduo. ℂ Tertio. Idē nō po Tertia rō
test esse sil̄e ꝛ dissimile alicui ꝺm eandē formā. Sꝫ hō ꝺꝫ
ꝙ aial est sil̄is equo:ꝛ ꝺm ꝙ hō est ei dissimilis.ḡ alia est
foīa ꝑ quā est hō:ꝛ alia ꝑ quā est aial. ℂ Quarto. Diuer/ Quarta ratio.
sa qd̄quidest sunt diuerse forme:qa qd̄qdest est foīa. Sed
in quolꝫ exñte i gñe/sūt diuersa qd̄qdest.ḡ diuerse forme.
maior pꝫ. Minor ꝓbat̄. Diuersa obiecta intellectus sunt
diuersa qd̄qdest. Sed genus ꝛ dr̄ia sunt diuersa qd̄qdest:
cum possint intelligi sine seinuicē.ḡ genus ꝛ dr̄ia sunt di/
uersa qd̄qdest:ꝛ ista sunt in oī re p̄dicamētali.ergo ꝛc̄.

Respondeo dicūt aliq ꝙ fuit opio Cōmentatoris Opio credita esse Auerrois
ꝙ in eodē cōposito māli sint tot for^e
subales/quot sunt p̄dicata qdditatiua:ita ꝙ in Sorte vna
est foīa ꝑ quā est corpus:ꝛ alia ꝑ quā est viuēs:ꝛ alia per
quā est aial:ꝛ alia per quā est hō. Ubi aūt istud ponat:qꝛ Sed his tēporibus latinus est effectus.
nō habet̄ in libris q apud nos sunt:q dicūt Auer.istud te/
nuisse lib.13.metaphy.q liber nondū in linguā latinā tra/
ductus est. Quid aūt senserit Cōmētator circa hoc quesi/
tuꝫ nolo ad p̄sens disputare:sed tm̄ ꝓbare p̄dictā opinio/

Impugnatur opio quā tenuit Joannes gandauensis.

nem in se esse falsaʒ. ¶ Arguit̄ aūt cōtra hanc opinionē. ¶ Primo. Qualis est ordo inter formas: talis est ordo inter ea que a formis ꝯstituunt̄: sed iter hoīem ⁊ aial est tm̄ ordo rōnis. ḡ inter aiam rōnalē ⁊ sensitiuā est tm̄ ordo rōnis ⁊ nō realis: qui cōsequit̄ res circūscripto oī ope itell's. maior est nota. Minor ꝓbat̄. Ordo eiusdē ad seipsuʒ est ordo rōnis tm̄. Sʒ idē hō est hō ⁊ aial ad se. ḡ ⁊c̄. ¶ Confirmat̄. Ordo p̄dicamētalis est rōnis tm̄: aliogn nō pertineret per se ad logicā cōsiderationē. Sʒ ordo inter spēs. ⁊ genera est ordo p̄dicamētalis. ḡ ⁊c̄. ¶ Scđo. Si sor. per aliā formā est aial: ⁊ per aliā est hō: accipio p̄cise illā per quā est aial: ⁊ quero an sit̄ recipiat̄ in mā cuʒ illa per quā est hō: an p̄us: an posterius. Nō sil': qꝛ nullū agēs introducit in eodē instanti duas formas subales in eadē mā: alioquin tunc ageret duob⁹ ꝓductionib⁹: qđ est ipoīe. Nō posterius: qꝛ tunc in illo priori in quo introducta est aia rōnalis Sor. esset hō: ⁊ nō esset aial. qđ etiā est impossibile. Relinqt̄ ḡ ꝙ p̄us. Tūc quero an in illo p̄ori sit rōnale vel irrationale. Si rōnale. ergo est hō. Si irrationale. ḡ est vl' equus vel bos vel asinus vel aliqđ aliud aial: ⁊ ꝑ ꝯñs eadeʒ est forma per quā est hō vel asinus. ¶ Si dicatur ꝙ neutrū illoꝝ est. ¶ Contra: qꝛ d̄rie a genere separari non possunt. 3° metaphy. tex. cō. 10. ¶ Tertio. Predicari ꝑ se in p̄mo mō de specie nō solū cōuenit generibus subaꝝ. sʒ ēt accidētiū: color. n. p̄dicat̄ per se in p̄mo mō de albedie ⁊ nigredine. ergo cōuenit oībus istis per aliquā cōmunē rōnē: puta qꝛ oīa ista sunt gñā. Sed in accidentibus gen⁹ nō dicit aliā formā a forma specifica. ergo nec in substantys. ¶ Quarto. Eadē est forma per quā Sor. est corpus ⁊ per quā est suba. ergo pari rōne per eandē formā est hō ⁊ aial. Consequētia pʒ: qꝛ nō vī maior ratio hic q̄ ibi: ita. n. corpus ⁊ suba sunt genera. sicut aial. Antecedens ꝓbatur. Forma per quam Sor. est corpus aut est substātialis vel accidentalis. Nō accidentalis: aliogn forma accidētalis cōstitueret aliqd in genere substātie. Si subalis. ergo dat esse subale: ⁊ per ꝯñs Sor. per ipsaʒ est suba. Si ergo eēt suba per vnam aliā formā: illa esset superflua: sequit̄ etiā ꝙ sor. bis esset suba: qđ est absurdū. ¶ Quinto. Sequitur ꝙ in eodē essent due aie sensitiue: ꝯñs manifeste est falsū: ergo ⁊c̄. Cōsequētia ꝓbatur. Supponēdo ꝙ oē genus diuidit̄ imediate tm̄ duabus differentys: vt dicit̄. 10. metaphysice. tex. cō. 12. Supponendo scđo ꝙ oīs aia: aut est vegetatiua: aut sensitiua: aut intellectiua: vt dicit p̄hs 2° de aia. textu. cō. 31. vbi ponit ista tria genera aiaꝝ. Ex his arguit̄. ¶ Equus ⁊ asinus cōueniunt in aiali tanq̄ in genere remoto. ergo si s̄m diuersitatē generū est diuersitas formarū: sequit̄ ꝙ in equo est vna forma per quā est aial. Sʒ preter illud genus remotū: equus ⁊ asinus cōueniunt in alio genere ꝓximo. ergo per aliaʒ formā equus est in isto genere: ista aūt forma de necessitate est aia: alioquin forā per quā esset in genere ꝓximo qđ est perfectius esset ignobilior ea per quā est in genere remoto: aut igit̄ hec aia est vegetatiua: aut sensitiua: aut intellectiua. Nō intellectiua aliogn intelligere posset ⁊ esset rōnalis. Non vegetatiua: aliogn esset imperfectior q̄ illa per quā equus est aial. ḡ est sensitiua: ⁊ sic iaʒ in equo sunt due sensitiue. Tunc vltra. Jn equo ꝑ te est ēt alia forma ꝑ quā equus est equus. Sed opʒ etiā hanc esse sensitiuaʒ ꝓpter predictas rōnes. ḡ in equo sunt tres aie sensitiue. ¶ Sexto. Si sunt tot forē quot sunt predicata qdditatiua: sequit̄ ꝙ alia est forma ꝑ quā ignis est suba: ⁊ alia per quā ignis est corpus. Sʒ hoc est falsuʒ. ergo ⁊c̄. Cōsequētia pʒ. qa substātia est genus superius ad corpus. Falsitas cōsequētis ꝓbatur. Sit. a. cōpositum ex materia ⁊ ex illa forma per quā ignis est p̄cise substātia: aut hoc cōpositū sic p̄cise acceptuʒ est suba corporea aut icorporea. Si corpea. ergo. a. est corpus. vel aliqua pars eius est corpus: nō. n. pōt al'r intelligi ꝙ sit corpus: qđcūqʒ aūt hoꝝ detur habeo ꝓpositū. Nā si est corpus cū omne corpus sit suba: ⁊ nō oīs substātia sit corpus opʒ ꝙ in illo cōposito alia sit forma per quā est substātia: ⁊ alia per quā est corpus: ⁊ sic illud nō est cōpositū p̄cise ex mā ⁊ foꝛā: per quā est suba: qđ tm̄ supponebat̄. opʒ ḡ dicere ꝙ ꝑ eandē foꝛaʒ est suba ⁊ est corpus. ¶ Si řo dicatur ꝙ est suba incorpea: cū angelus sit etiā suba icorpea: ⁊ alterius rōnis ab ista. aliqua spēs sube incorpee p̄dicabit̄ in quid de isto composito ⁊ de angelo. Et cum illa spēs sit p̄dicatū inferius ad substantiā, oportebit ꝙ in isto cōposito p̄ter formā. per quā est suba sit vna alia forma sʒ hoc p̄dicatuʒ quidditatiuū. Si dicatur ꝙ nō est substātia corporea nec incorpea. ergo est alterius rationis a substantia corpea ⁊ ab incorpea. ḡ aliqua spēs: ⁊ ꝯñter aliqđ p̄dicatū essentiale inferius ad substātiā: ꝓbatur de hoc cōposito. ḡ habebit aliquā formā substātialē p̄ter illā per quā est substātia: qđ tm̄ est ꝯtra p̄suppositū. ¶ Septimo. Dicit p̄hs 3° metaphysice ꝙ in diffinitione sufficit ponere p̄mū genus cū vltima d̄ria: sed hoc esset falsum si s̄m pluralitatē p̄dicatoꝝ in qd esset multitudo formaꝝ: qa tunc ꝑ h⁹ diffinitionē nō explicaret̄ aliqua forma intermedia. Si eniʒ dicat̄ ꝙ hō. est suba rōnalis nō denotabit̄ per hanc diffinitionē illa forma per quā est corpus: nec illa per quā est viuens aut aial. ergo ⁊c̄. ¶ Octauo. Sequit̄ ꝙ qđlibet superius esset tm̄ pars sui inferioris: ⁊ ꝯñter ꝙ non p̄dicata de eo in qd: qđ est falsuʒ. Cōsequētia ꝓbat̄. Naʒ si est p̄dicta multitudo formarū corpus dictū de homine signabit aliqd cōpositum ex mā ⁊ corpeitate: hō aūt signat cōpositum ex materia ⁊ corporeitate: ⁊ anima intellectiua. P̄mum autem istoꝝ est pars secundi: vt patet ex se.

Ad argumenta řo in oppositum rñdet̄. Ad p̄m dī ꝙ rñsio habet̄ ex dictis lib. 7°. vbi declaratū est ꝙ genus ⁊ d̄ria non dicunt diuersas res nec sumunt̄ a diuersis formis: sʒ ab vna ⁊ eadē diuersimode accepta. veꝝ est tm̄ ꝙ in oī suba māli sunt diuerse res. s. mā ⁊ forma. Quidā tm̄ dicunt ꝙ ꝓpositio p̄hi hʒ veritatē tm̄ in qbusdam diffinitionibus datis per terminos obliquos: puta si dicat̄ ꝙ homo est qd cōstitutū ex mā ⁊ anima intellectiua. Sed nō hʒ veritatē in diffinitione data per terminos rectos: puta dicendo ꝙ homo est aial rōnale. ¶ Ad 2m negat̄ ꝯñtia: qa vt ibi innuit Cōmentator: cōmēto. 10. ꝙ nō sit ꝓcessus in infinitū in causis formalibus: qa nō est ꝓcessus in infinitū in p̄dicatis in qd: nō io est. qa sint tot forme quot sunt p̄dicata in qd: sed ideo est: qa si essent infinite forme in re que diffinit̄: oporteret ꝙ partes diffinitionis essent infinite: qđ est falsuʒ. Cum hoc aūt stat ꝙ non sint plures forme in substātia que diffinitur. ¶ Ad 3m dicit̄ p̄mo. ꝙ sequit̄ ex eadem ratione ꝙ in albedine sint plures forme: qꝛ est similis nigredini. inq̄tum est color: ⁊ est ei dissimilis. inquantuʒ est albedo: ⁊ tamen isti negarēt in albedine esse plures formas. Dico scđo ad argumentū ꝙ cōuenientia in genere nō est p̄cise silitudo. sed tm̄ cōueniētia in specie specialissima: non enim est ꝓprie dictū ꝙ albedo ⁊ nigredo sint siles. Dico 3° ꝙ nullus est incōueniens ꝙ s̄m eandē formā aliqua ꝯueniāt in genere ⁊ differāt specie: vt declaratum fuit lib. 7. qa ꝯuenire in genere est cōuenientia s̄m quid: ⁊ differre s̄m speciem est differre simpl'r. non est autē incōueniens ꝙ aliqua sʒ quid cōueniant: ⁊ simpliciter differant. ¶ Ad 4m negat minor. Ad ꝓbationē negatur maior: si intelligitur de diuersitate reali: ⁊ cōceditur si intelligit̄ de diuersitate rationis: sed tunc non concludit pluralitatē formarum s̄m rez: sed tm̄ s̄m distinctionem rationis.

Ratio efficax.

¶ Utrū in homine anima sensitiua ꝛ intellectiua sint plures anime. Questio. XIII.

Cap.22d. 15.q.vnl. Queritur 13°. Utrū in homine sint plures aie: ita ꝙ aia itellectiua in
eo distinguat̃ a sensitiua/ ꝛ a vegetatiua. Et arguit̃ ꝙ sic. ¶ Primo. In oi generatione sub-
Pria rō. stantiali est aliqs terminus formalis/ capiens
esse per illā gnōnē. Sed aia intellectiua nō accipit esse ꝑ
gnōnē. sed tm̄ per creationem. ergo est in hoie aliqua alia
aia/ que est formalis terminus gnōnis hois. ¶ Cōfirmatur. Nutritio Sortis est vera gnātio sūbalis ꝑ quā nutrimentū accipit eē nutriti. ģ terminat̃ ad formā sūbalē. sed
nō ad aiam intellectiuā: qꝛ prefuit nutritioni. ģ ad aliam.
¶ Si dicat̃ ꝙ terminat̃ ad vnionē aie Sortis cū mā nutrimenti. ¶ Cōtra. Tum qꝛ gnātio sūbalis nō terminat̃
ꝑmo ad vnionē. Tum qꝛ ois actio sūbalis noua est ad aliquē terminū nouū. ģ cū nutritio sit noua hꝫ nouū terminū.
Scda rō ¶ Scdo arguit̃ ꝙ saltē fit ibi alia forma distincta ab
aia intellectiua: qꝛ hō est corpus. sed nō est corpus ꝑ aiam
intellectiuā. ergo per aliā formā. maior pꝫ. Minor ꝓbat̃.
Nulla forma pōt esse rō essendi alicui in aliquo eē qd̄ est
sibi oino incōpossibile ꝛ repugnans. Sed eē corporeū ꝛ
extensibile ꝛ diuisibile sunt effect⁹ oino repugnantes aie
intellectiue/ cū ipsa sit indiuisibilis. ergo aia intellectiua
Tertia rō nō pōt alicui esse rō essendi corpus. ¶ Tertio. Si hō per
eandē formā est hō ꝛ aial: sequit̃ ꝙ qcqd cōuenit homini
ꝑ formā per quā est hō/ ꝯuenit ei per formam per quā est
aial. Sed hoc est falsū. ģ ꝛc. ꝯñtia pꝫ. Falsitas ꝯñtis ꝓbatur. Quicqd cōuenit hoi per formā per quā est aial. cōuenit ei. inq̄tū est aial: ꝛ ꝯñter cōuenit oi aiali. Sꝫ nō oē qd̄
cōuenit hoi per formā per quā est hō/ conuenit oi aiali. ģ
Quarta ratio. nō est hō ꝛ aial per eandē formā. ¶ Quarto. Impossibile est ꝙ eadē for^a sit corruptibilis ꝛ incorruptibilis. Sed
sensitiua in homine est corruptibilis/ cū sit eiusdē rōnis
cū sensitiua bruti: intellectiua ꝟo est incorruptibilis. ergo
intellectiua ꝛ sensitiua in homine non sunt eadem anima.

Respondeo. circa hanc questionē varie opinatū est a ponentib⁹ pluralitatē formaꝝ
Uarie sententie. in cōposito substātiali. Quidā. n. dixerunt ꝙ in hoie sunt
plures forme. s. corporeitas inseparabilis a mā ꝛ anima.
¶ Quidā alij dicunt ꝙ forma corporeitatis in hoie distiguit̃ realr̃ ab aia/ que sit͛ est vegetatiua sensitiua ꝛ intellectiua: ꝛ ꝙ illa corporeitas est sepabilis a mā. lꝫ nō statim.
Mortuo. n. hoie manet corporeitas: ꝛ postea resoluit̃ cadauer siue illud corpus in elemēta: ꝛ in hoc fit resolō vsqꝫ
ad mām ꝑmā. ¶ Quidā alij dicunt ꝙ ideo in hoie est forma distincta ab aia: qꝛ in eo sunt tot forme/ quot predicata
quidditatiua. Quidā alij dicunt. ꝙ ideo hoc est: qꝛ in hoie
sunt actu forme elementoꝝ. Et oia ista supra improbata
sunt. ¶ Quidā ꝟo dicunt. ꝙ lꝫ in oibus alijs esset vnica
forma: tamen in hoie opꝫ intellectiuā aiam esse distinctā
a sensitiua: qꝛ intellectiua est inextensa: ꝛ hꝫ esse per creationē: sensitiua ꝟo per gnōnē. Et rōne huius posita est qō
Motiuū qōnis. Cōclusio tñ sua. ista: in qua solū intendo ꝓbare ꝙ Intellectiua ꝛ sensitiua
in hoie sunt vnica forma. Et arguit̃. ¶ Primo sic. Sup-
Sup^m p^m pono ꝙ diffinitio aie posita a pho scdo de aia. vbi dicit. ꝙ
aia est act⁹ ꝑmus corpis physici. ꝯueniat vniuoce cuilibet
aie. hoc suppositū lꝫ neget̃ a Cōmētatore qui dicit ꝙ aia
intellectiua est separata a mā ꝭm rem: tamen ꝯceditur ab
Sup^m 2^m oibus q dicunt aiam itellectiuā informare mām. ¶ Supponit̃ scdo. ꝙ aia nō solū dicit̃ actus ꝑmus ꝓut distinguitur cōtra opationē: sed et̃ accipiendo actū ꝑmū pro eo qui
scdo mō aduenit corpori organico: qꝛ si aliter acciperetur
sequeret̃ ꝙ ꝭm Cōmentatorē ꝛ Auicennā forma mixti
esset anima: qꝛ ipsa aduenit corpori physico. tanq̄ꝫ actus
primus/ distinctus cōtra opationē. ¶ Ex his arguit̃. Ois
aia est actus ꝑmus. i. ꝑmo adueniēs corpori physico. Sꝫ
si aia intellectiua distinguit̃ a sensitiua: sequit̃ ꝙ nō ꝑmo
adueniat corpi physico. ģ sequit̃ ꝙ nō sit aia vniuoce cū
aia sensitiua: qd̄ est ꝯtra ꝑmū presuppositū. Maior pꝫ. ex
scdo presupposito. Minor ꝓbat̃. Anima sensitiua ꝑus aduenit corpori physico. si ipsa distinguit̃ ab itellectiua. ģ intellectiua nō ꝑmo aduenit corpori physico. ¶ Scdo. Si
in hoie sensitiua ꝛ intellectiua realr̃ distinguunt̃: sequit̃ ꝙ
homo sit cōpositus ex aiali ꝛ aia itellectiua. Sed ꝯsequēs
est falsum. ergo ꝛc. Falsitas cōsequentis ꝓbat̃: qꝛ tunc hō
non esset aial: eo ꝙ nulla pars itegralis predicat̃ in recto Nota hic
de suo toto. Cōsequentia ꝓbat̃ dupliciter. Primo. Omne
cōstitutū ex materia ꝛ aia sensitiua est aial: cum sit substātia aiata sensitiua. Sed aliqua pars hois esset cōposita ex
mā ꝛ aia sensitiua. ergo aliqua pars hois esset aial. Sꝫ hō
cōponit̃ ex suis partibus. ergo esset cōpositus ex animali.
¶ Cōfirmatur. Si tale ꝯstitutū maneret abeunte anima
intellectiua/ ipsū vtiqꝫ sentiret. ergo esset aial. ¶ Tertio.
ꝑncipalr̃ arguit̃. Si sensitiua ꝛ intellectiua in hoie distinguunt̃. ergo habēt distinctas diffinitiones. Pꝫ ꝯsequētia:
qꝛ distinctarū formarū opꝫ esse distinctas diffōnes: agat
igit̃ aliquod agēs corrūpendo dispōnes intellectiue. ꝛ nō
corrumpendo dispositiones sensitiue: qd̄ vtiqꝫ erit possibile: cū ille forme ponant̃ distincte. ꝛ etiā qꝛ sicut sensitiua
fuit prior in generatione: sic erit posterior in corruptione:
ꝛ cū forma nō possit seruari in mā. corruptis eius dispositionibus: nec possit corrumpi eis manentibus: sequitur ꝙ
abijciet̃ intellectiua ꝛ manebit sensitiua: ꝛ cōsequēter hō
mortuus viuet: qd̄ est oino ipossibile. ¶ Quarto. Supponitur ꝙ noua corruptio nō pōt esse sine noua generatione. vt dī ꝑmo de gnōne. tex. cōmēti. 17. Cuius ratio: quia
agens intendit gnōnē de per se: corruptionē aūt intendit
tm̄ per accidens vel cōsecutiue. Tum etiam qꝛ generatio
est prior corruptione. sicut esse est ꝑus non esse. Et ex hoc
habetur ꝙ nullū agens nāle pōt corrumpere aliquā formā nisi aliquā de nouo generet. ergo dum corrumpitur
hō nō pōt dici ꝙ solū remaneat aliqua for^a que prefuit:
puta forma corporeitatis: sed opꝫ aliquā de nouo generari. ¶ Cōfirmat̃. Agens nō pōt corrumpere aliquam formā/ nisi causando in subiecto accidētia illi forme incompossibilia. Sed hꝰ accidētia necessario disponunt ad aliquā aliā formā. ģ agens corrūpens vnā formā necessario
generat aliā. ¶ Quinto. Si sensitiua ꝛ intellectiua distinguit̃ realr̃ in hoie: sequit̃ ꝙ homo sit ens vnū per aggregationē. Sed hoc est falsū. aliogn nō esset vnū per se. ģ ꝛc.
Cōsequētia ꝓbat̃: qa ibi sunt plura entia in actu. ¶ Dice- Fuga sco.
tur forte ꝙ ex pluribus in actu pōt fieri vnū per se. si vnū
eoꝝ sit ordinabile ad aliud: sensitiua autē est ordinabilis
ad intellectiuā. ¶ Sed cōtra. Ista ordinabilitas aut con- Insecutio
uenit per se aie sensitiue aut ꝯuenit ei tm̄ per accidēs. Nō
per accidens. aliogn itellectiua in hoie nō presupponeret
sensitiuā ex necessitate. Nō per se: qa aut hoc esset in ꝑmo
aut in scdo mō. Nō ꝑmū: qa nulla relatio est de rōne absoluti. aia aūt est qd absolutū. Tum etiā: qa sensitiua in hoie
si distinguit̃ ab intellectiua est eiusdē rōnis cū sensitiua
in bruto. ergo cum iste ordo nō sit de ratione sensitiue bruti: nō est etiā de ratione sensitiue hois. Nō cōuenit etiā ei
in scdo modo perseitatis: quia cum ꝓprie passiones consequant̃ naturam ex vi nature ipsius/ opꝫ ꝙ consequantur
omnia que sunt illius nature. Sed (vt dictū est) sensitiua
in homine si distinguit̃ ab intellectiua est eiusdem rōnis
cum sensitiua bruti. ergo si ꝑdicta ordinabilitas conuenit
sensitiue bruti: sequitur ꝙ non potest esse ꝓpria passio sensitiue hominis. ¶ Sexto. Ille forme sūt icōpossibiles in

codē.quarũ vna virtualr̃ cõtinet aliam.Sed intellectiua virtualr̃ cõtinet sensitiuam.ergo nõ possunt esse distincte in codē.Maior pz:qz pluralitas entiuz nõ est ponēda si/ne necessitate.qñ aũt vna ɔtinet aliã/sufficit illa que alias cõtinet:ꝛ sic alie essent superflue.Minor ꝓbaẗ.Intelle/ctiua põt esse pñ^{m} oiuz potentiarũ ꝛ operationũ:quaꝝ pn/cipiũ est sensitiua.ergo cõtinet eã virtualr̃:ꝛ ꝓpter hoc di/xit pħs ꝙ sicut trigonũ contineẗ in tetragone:sic vegeta/tiuũ in sensitiuo:ꝛ sensitiuum in intellectiuo.

Ad pmũ **Ad rationes** in oppositũ respondeẗ. Ad pmũ dĩ ꝙ duplr̃ põt aliqua forᵃ capere esse.

Distinctio. Uno mõ absolute:ꝛ hoc nõ est necesse ad formalē termi/nuz generationis.Alio modo ꝙ capiat esse in hac mã.s.ꝙ huic materie vniaẗ:que est disposita ab agente nãli.vt ta/lis forma ei vniaẗ:ꝛ hoc sufficit:ꝛ sic est in generatione ho/minis.vt magis diceẗ questione sequenti.❡ Ad cõfirma/tionē dĩ eodē mõ ꝙ aia Sortis qui nutriẗ/acquirit esse in hoc.i.in mã nutrimēti:ꝛ ꝺm hoc põt dici ꝙ terminaẗ ad vnionē:nõ ꝙ res nutritionis sit vnio.sz est ipsa aia inq̃ztũ

Ad scdm vniẗ materie.❡ Ad 2^{m} negaẗ minor.Ad ꝓbationē quoqz negaẗ minor.nõ quidē ꝙ aia sit extensa.ꝛ det esse extēsuz:sed qz ei in nõ repugnat esse in mã habente esse extensuz per quãtitatē.ꝛ nõ per aliquã formã substãtialē extensaz ad extēsionē quãtitatis.❡ Et si dicaẗ.Ois forma dans eē corporeũ de genere substantie/est forma extensa.Sed aia intellectiua nõ est extensa.ergo ꝛc̃.Negaẗ maior:sed suffi/cit ꝙ talis forᵃ ɔstituat suppositũ talis nãe in qua possint designari tres dimēsiones:hoc aũt facit ois forma que re/cipiẗ in mã:cũ mã sit ratio recipiendi quãtitatē in suppo/sito:ꝛ ideo q̃zprimũ forᵃ est vnita mãe/statim cõstitutũ est

Ad tertiũ id qd̃ est receptiuum quantitatis.❡ Ad 3^{m} negaẗ falsitas cõsequentis.Ad ꝓbationē diciẗ ꝙ si ly.inquantũ.teneaẗ reduplicatiue put accipiẗ in tota illa deductione.negatur maior.Nã Sor.per eãdē albedinē est albus ꝛ est qualis:

Ad q̃rtũ ꝛ tamen nõ est albus inq̃ztũ est qualis. ❡ Ad 4^{m} negaẗ minor.Dico.n.ꝙ sensitiua in hoie est incorruptibilis. Et cũ iprobaẗ/dico ꝙ corruptibile ꝛ incorruptibile que sunt nãe cõplete in specie/nõ sunt eiusdē rõnis:tñ nature par/tiales:ꝛ etiã accidētia possunt esse eiusdez rõnis:lz vnum sit corruptibile ꝛ aliud incorruptibile:quãtitas.n.celi est eiusdem rõnis cum quantitate rerũ corruptibiliũ.

❡ Utrum homo generet hominē:stante vnitate forme in homine. Questio. XIIII.

Pria rõ. **Queritur** 14ᵒ.Utrũ stãte vnitate forme in hoie stare possit ꝙ hõ gene/ret hoiez.Et arguiẗ ꝙ nõ.❡ Prio. Cuiuslibet generationis est aliqs terminus intrinsecus. alioqn generatio esset ifinita ꝛ nõ terminata. Sed aia intellectiua nõ est terminus intrinsecus genera/tionis.sed tñ creationis.ergo si in hoie est tñ aia intelle/

Scda rõ. ctiua/hõ nõ generat hoiem.❡ Scdo.Ab eodē sunt dispo/sitiones vltime pro forma a quo est ipsa forma: vt sepe di/cit.S.Tho.Sed aia intellectiua est tñ a deo.ergo solus deus causat in mã sufficientes dispõnes pro aia intellecti/ua.ꝛ sic hõ nõ diciẗ generare:ẽt ex hoc ꝙ sufficienter dis/

Tertia rõ ponat mãm.❡ Tertio.Cõpleta gnõne/virtus seminis ni/hil ꝓducit.sed qualitates aie itellectiue cõsequunẗ eaz in genere cause efficientis.ergo virtus seminis nõ ꝓducit dis/positiones cõsequētes aiam intellectiuã.Sz si in hoie est tñ aia intellectiua/nulle sunt dispõnes nisi ille que conse/quuntur aiam intellectiuã.ergo hõ nõ causaret in hoie ge/

Quarta ratio. nito aliquã dispõnē.❡ Quarto.Ad creationē nullũ agēs nãle coopaẗ tanq̃z instr̃m.Sz aia intellectiua ꝑ solã crea/tionē acqrit eē in mã.ergo agēs nãle nullo mõ operaẗ ad

Quita rõ hoc ꝙ aia intellectiua acqrat esse in mã.❡ Quinto.Ubi sunt due mutationes distincte.ibi sunt duo termini distin/cti:qz mutationes distinguunẗ ex terminis.Sed creatio aie intellectiue Sortis ꝛ generatio Sortis sunt distincte mutationes.g̃ hñt distinctos terminos subales,qd̃ nõ põt esse.si sola aia intellectiua est in homine.

Respondeo ꝙ posita vnica forma in hoie que est aia intellectiua:verũ est dicere ꝙ hõ generat hoiez.Pro notitia huius ɔ̊nis.dico qnqz.❡ Pri/mũ est.ꝙ totũ cõstitutũ ex partibus realr̃ distinguiẗ a pti/bus suis etiã silr̃ acceptis:ꝛ hoc fuit ꝓbatũ supra libro.7.q. vltima.❡ 2^{m} est.ꝙ gñatio est transmutatio de non esse in esse.ꝛ ꝑ ɔñs.oē qd̃ acquirit esse subale est vere generatuz:si tale esse acqrat ꝑ actionē agētis nãlis. ❡ 3^{m} est.ꝙ agēs nãle:puta hõ generans siue virtus in semine ab eo deciso existens/põt disponere mãm fetus in quo est tñ aia sensi/tiua aliquibus dispõnibꝰ nobilioribꝰ/q̃z reqrat aia sensiti/ua:ꝛ hoc pz:qz virtus illius semis est instr̃m aie intellecti/ue hois generãtis:ꝛ ideo põt disponere mãm ad formam silr̃em illi aie.in cuius virtute agit.❡ 4^{m} est.ꝙ stante mã perfecte disposita pro aliqua forma necesse est eaz intro/duci in mãm.❡ 5^{m} est.ꝙ ipole est formã esse vnitã mãe:qn statiz resultet totũ cõpositũ.Ex quibus oibꝰ sic arguiẗ. ❡ Id vere generaẗ hoiez:qd̃ facit aiaz intellectiuã esse in mã:qz vt dictuz est:ex tali vnione necessario resultat hõ. Sed si sola aia intellectiua est in hoie:hõ facit aiam intel/lectiuã esse in mã cũ disponit mãm nobiliori dispõne q̃z requirat aia sensitiua.ergo hõ vere gñat hoiem/etiã si tñ aia intellectiua sit in hoie.❡ 2^{o}/supponiẗ ꝙ per nutritio/nez generaẗ vera caro:vt oēs cõcedunt.2^{o} supponitur ꝙ aia intellectiua est in toto hoie:ꝛ in oibus partibus eius:vt etiã generalr̃ est cõcessuz.Ex quo sequitur ꝙ dum per nutritionē generaẗ caro in hoie:anima itellectiua incipit de nouo esse in mã illa/que fuit mã nutrimenti.Et arguiẗ sic.❡ Hec caro de nouo generata est aliqd viuens aia in/tellectiua.per 2^{m} presuppositũ:ꝛ vere est generatũ de no/uo inquantũ viuit aia intellectiua.per pᵐ presuppositũ. Sed nõ dĩ vere generata inquãtũ viuit aia intellectiua. ex hoc ꝙ aia intellectiua de nouo sit producta:sed solũ qz de nouo est vnita isti mãe virtute nutritionis ergo nõ re/quiriẗ ad verã generationē ꝙ forma geniti acqrat esse simplr̃ a generante:sed sufficit ꝙ per actionē eius vniaẗ materie.❡ Sciendũ est scdo ꝙ mã ex se est semper in vl/tima dispositione ad corporeitatem.Unde si forma ignis daret mãe tñ esse corporeũ.ꝛ nõ esse igneũ.nõ oporteret mãm disponi per caliditatē ꝛ siccitatē ad formã ignis.In ordine aũt ad alias formas oporteret mãz disponi:ꝛ ideo virtus seminis disponit mãm ex qua dz generari hõ pro aia vegetatiua.Sed qz nõ intendit vltimate nisi aiaz itel/lectiuã:ideo hoc viuens aia vegetatiua.vlterius disponiẗ pro aia sensitiua:ꝛ cõpleta dispositione corrumpiẗ ista ve/getatiua:ꝛ introduciẗ sensitiua:que tñ cõtinet virtualr̃ ve/getatiuã.Istud quoqz viuens aia sensitiua disponiẗ ꝑ in/tellectiua:ꝛ tandē corrumpiẗ illa sensitiua:ꝛ causaẗ in ea/dem materia.aia intellectiua virtualr̃ cõtinēs vegetatiuã ꝛ sensitiuã.Corrumpunẗ aũt predicte forme:qz nõ erant introducte.vt manerent.sed solũ vt essent via ꝛ dispõnes ad intellectiuã.Ex quo pz:ꝙ in generatione hominis con/currunt multe gnõnes.quaꝝ vna alteri succedit:pz silr̃ ꝙ aia intellectiua dat hoi ꝙ sit corpus ꝛ viuens ꝛ aial ꝛ hõ:sed inter mãm ꝛ ipsaz animã inquantuz dat esse corporeũ non cadit aliqua dispositio media:inter mãm xo ꝛ aiam inq̃ztũ dat esse viuens vel aial vel hõ cadunt medie dis/positiones.❡ Tertio idē apparet ex opinione Auicenne dicētis ꝙ non solum in generatione hois:sed generaliter in omni generatione/naturale agēs ꝑticulare tñ disponit

mām:agens xō vl'e.s.intelligentia datrix formarū reducit formā, de potētia materie attingēdo essentiā eius.

Ad pmū **Ad primum** aūt in oppositū dicit q anima est terminus intrinsecus tā gnōnis q̄ creationis:sed diuersimode. Nā aīa cōsiderata fm q accipit esse/sic est terminus creationis:qr ex nihilo pducitur. Cōsiderata xō fz q vnit materie in pmo instanti sui eē. sic est terminus gnōnis. Pōt enī generatio accipi dupl'r.
Distictio. Uno mō p pductione forme 7 vnione eius ad mām:accipiendo vnionē nō inquantū est relō.sed inq̄tū est actio agentis viuentis:7 vtrūq3 boꝝ reperit in oī alia gnōne/preter gnōnē hois:qr forma geniti accipit esse a generante:7 ab ea vnit mãe. Alio mō accipit generatio p sola vnione forme ad mām:7 hoc mō accipiēdo gnōnē/aīa intellectiua est eius terminus:qr hec actio que est vnire pmo.
Ad scdm Distinctio 7 per se/terminat ad formā que vnitur mãe. Ad 2^m. dī q formā esse ab aliquo pōt intelligi dupl'r. Uno mō q̄tū ad sui pductionē:7 sic falsa est maior:nec sic intelligit S. Tho. Alio mō q̄tū ad sui vnionē cū materia:7 sic cōceditur totū. Ille.n.vnit formā mãe qui mā3 disponit 7 preparat ipsi forme:7 ideo q vnit aīam intellectiuā mãe/causat in mā vltimā dispositionē que dī necessitas pro aīa intellectiua.
Ad tertiū Ad 3^m dī q post cōpletā generationē/accipiendo post fm posterioritatē tēporis ꝯcedit totū:lz accipiendo fm posterioritatē nãe negat maior:qr generans in eo instanti in quo causat formā in mām/causat oīa que necessario cōsequunt formā in eodē instanti:que sunt tm̄ fm nām posteriora q̄ ipsa forma.
Ad qrtū Ad 4^m dī/q creari est accipere esse ex nihilo:7 qr nullū agens nãle operatur ad hoc q aīa intellectiua accipiat esse:ideo nullū cooperatur ad hoc q aīa creetur:pōt tm̄ agens naturale cooperari ad hoc q ista forma que accipit esse ex nihilo:vniat alteri in p instanti sui esse.7 ei cōmunicat esse suū.
Ad qntū Ad 5^m dicit/q duaꝝ mutationū pōt esse idē terminus formalis:sed alio 7 alio mō:sicut dictū est de gnōne aīalis/7 ei⁹ nutritione:quarū est idē terminus formalis.s.aīa eius:7 sic est in pposito:qr aīa est terminus creationis inq̄tū accipit eē simpl'r.7 est termin⁹ gnōnis inq̄tū accipit eē i mā.

Utrum eadē accidentia que fuerunt in viuo/remaneāt in mortuo. Questio. XV.

Prīa rō. **Queritur** 15°. Utrū eadē numero accidentia que fuerūt in viuo.maneant in mortuo. Et arguit q sic. Primo. Frustra fit per plura qd eque bn̄ pōt fieri p pauciora.cū nō sit ponēda pluralitas sine necessitate:vt dī.8.physicoꝝ.tex.cō.48. Sed et pōt saluari ponēdo q in mortuo sint eedē q̄litates que erāt in viuo. ergo sunt eedē 7 nō alie.
Scda rō Scdo. In mortuo manet eadē cicatrix/que erat in viuo:vt pz ad sensū.g 7 reliqua accidentia.
Tertia rō Pz ꝯn̄tia:qr de oīb⁹ est idem iudiciū. Tertio. Sequit q aliqd corrumpet.7 tm̄ a nullo corrūperet:ꝯn̄s est falsū.ergo 7 an̄s. Cōsequētia pbat. Cū ex aere generatur aqua/corrumpit aeris humiditas.vt tu dicis:7 nō corrumpit ab aqua:qr ei non ꝯtrariat. Nec ab aere:qr est ei nãlis/nec apparet aliquod aliud a quo corrumpat.g nullo modo corrumpit.
Quarta ratio. Quarto. In corruptione bouis reperit caliditas in cadauere:vt pz experimento:7 non est generata ab interficiente bouem. Tum qr homo interficiens bouem nō hz magis causare calorē q̄ frigus. Tum qr pōt esse q interficiat ab aqua. Nō etiā generat a forma cadaueris per modū sequele.qr caliditas potius repugnat.q̄ cōueniat forme cadaueris:eo q ipsā disponat ad corruptionē.ergo a nullo de nouo generat:sed est eadem que erat in viuo. Cōfirmat.qr si est generata de nouo. ergo est generata ex contrario.scilicet ex nō calido:qd nō est verum:qr prius bos erat calidus.

Respondeo Oz questio p̄sens mota est pptere a que cōsequunt formā cadaueris. Iō duo sunt declaranda. Primū est: vn̄ sit q materia que est sub aīa si priuet aīa/recipit determinate formā cadaueris 7 nullā aliā:ita q nō est possibile q ex viuo imediate generent elementa vel aliquod aliud mixtū nisi tm̄ cadauer. Scdm est:q nō eadē numero accidentia que fuerunt in viuo saluant in cadauere:sed similia. Quantū ad p^m sciendum est pmo q dupl'r pōt mā determinari ad aliquā formā. Uno mō effectiue:7 sic determinat ab agēte qd introducit hanc formā 7 nō aliā. Alio modo formaliter.7 hoc est non ab agente:sed ab aliqua forma vel substantiali vel accidentali. Sciēdū scdo q in corruptione aīalis cōcurrit causa vl'is que est celū:7 hec nō sufficit determinare mām effectiue:qr si in instanti.a.existens bō in aliquo situ moriat/introducit forma cadaueris:7 si in eodē instanti fuisset mortuus leo in eodē situ/fuisset generatū aliud cadauer fm spēm. Nam homo mortuus 7 leo mortuus differunt specie.q igit magis generet hoc cadauer q̄ illud aliūde est q̄ ex influxu celi:qr in casu predicto fuisset idē numero influxus celi:7 tamē nō fuisset idē cadauer fm spēm. Cōcurrit et agens particulare extrinsecum:puta hō interficiens gladio/vel ignis cōburens:vel aqua suffocans:cōcurrit quoq3 agens pticulare intrinsecum.s.spiritus 7 humores/qui sunt in corpore aīalis:7 nō sunt partes corporis aīalis.opz ergo si determinat materia ab aliquo effectiue.q hoc sit ab aliquo agente particulari. Sciendū tertio q predicti spiritus 7 humores fz q habēt qualitates actiuas 7 passiuas in aliquo determinato gradu:puta reductas ad cōtemperamentū:7 hoc fm maiorē aut minorē pportionē:faciunt pro conseruatione anime in materia.fm xō q habent predictas qualitates magis intensas q̄ requirat aīal.faciunt ad eius corruptionē. Causatur aūt predicta intensio qualitatū in humorib⁹ aliquando a cōtinente:7 aliquādo ex mutua actione earū inter se:7 aliquando ex reactione ipsius aīalis in qd agūt natural'r.reactio enim nō est tm̄ inter ꝯtraria:sed et inter intensum 7 remissū. Si igit aīal sit aliquāte caliditatis:7 spiritus vel humores in ipsū agētes sint maioris caliditatis/ex reactione aīalis:7 in eos intendit eorū caliditas. Fit autē semper ista intensio quocūq3 mō moriatur aīal. Nam etiā in abscisione capitis 7 in vulneratione per quā cito moritur aīal:cū ista nō sint nisi in tēpore:fit alteratio ad p̄dictas qualitates. Dico igit q ab huiꝰ agente particulari intrinseco imediate determinat mā ad formā cadaueris:qr dispositiones que causant in aīali dum morit. disponunt mām tm̄ ad formā cadaueris. Si autē fiat sermo de disponēte formal'r. Dico q istud est duplex. Nam pmū 7 pncipale sunt predicte dispositiones:quas causant spiritus 7 agens extrinsecū in mā in instanti separationis aīe:predicti enim spiritus nō corrūpunt in instāti in quo corrumpit aīal:sed manent:7 ideo in illo instāti pn̄t causare aliquā dispōnē in mā. Secūdariū aūt disponēs est ordo inter aīam 7 formā cadaueris:sunt enim sic ex nā sua ordinate/q ex vna nō hz imediate sequi nisi alia:sicut et est ordo inter formā vini 7 formā aceti:7 inter albedinē 7 pallorē:7 inter calorē 7 tepiditatē:vt dī.8.meta.tex.ꝯ.14.

Quantum ad 2^m dicunt aliqui q in mortuo sunt eadē numero accidētia que erāt in viuo:qr fm eos sola mā est subm hꝰ accidentiū:lz totū compositū ab eis denoiet:7 ideo cū maneat eadem materia. manent etiā eadē accidētia. Oz aūt sola materia sit subm:7 nō ipsum cōpositū probant. Primo. Nulla res agit ad corruptionē suiipsius.saltē p se.sed si calor aque esset in

Right margin notes:
Ah est q semper ex viuo quo cūq3 moriat fit immediate cadauer 7 nō aliud.
Nōn^m p^m
Materia a duobus determinat
Nōn^m 2^m
Nōn^m 3^m
Resolo auctoris.
Sunt q dicunt mām subiectam accidētiū.
Ratio opionis.

tota aqua. & nō in sola materia: ipse ageret per se ad corruptionē sui. ergo est tm̄ in mā: maior pz. Minor pbat. Calor aque agit per se ad corruptionē sue cause, sine qua ipse nō pōt cōseruari si est in tota aqua. ergo agit per se ad corruptionē sui. Patet cōsequētia: aliogn caliditas nō ageret per se ad corruptionē terre: cū nō imediate agat ad corruptionē terre: sz tm̄ ad corruptionez frigiditatis. ¶ Scdo. Illi soli inheret dispositio ad formā de cuius po educit forma. sed forma educit tm̄ de potentia mãe. g dispositiones inherent soli mãe. ¶ Ad pm negat minor. Ad pbationē negat cōsequētia. Ad cuius pbationē silr negat ꝯñtia: cuius rō est: qz aliud est agere ad corruptionē alicui cōsecutiue. & aliud est agere ad corruptionē alicui p accidēs. Actio eniz agētis pmo & p se attingit formā, quā causat in mā. scdario aūt & ꝯsequēter mām. & tn̄ per se corrūpit formā que est ei incōpossibilis: ea aūt que nō sunt incōpossibilia forme introducende. & tn̄ corrumpunt ad corruptionē subiecti preexistētis, corrumpit per accidēs. Uñ oē qd corrumpitur per accidens corrumpit ꝯsecutiue. nō tn̄ oē qd corrumpit ꝯsecutiue corrūpit per accidens. ¶ Ad zm negat maior. dispositiones enim lz disponāt tm̄ mām de cuius potētia educit forma: sunt tn̄ subiectiue in cōposito. Dico igit q pter hanc cām. s. qz accidētia corporis viui sunt in ipso toto: & nō tm̄ in mā ei: necesse est ea corrūpi saltem per accidens ad corruptionē corporis viui. Qz aūt nō sint in sola materia patet ex dictis supra.

Dissolo rōnū superioris opinionis. Differunt agere ad corruptionē alicui cōsecutiue & p acciñs. Cōclo tm̄ salis.

Ad pmū **Ad primum** aūt in oppositū negat minor: qz impossibile est q maneāt eedē numero qualitates: cū nō sit idē numero subz. ¶ *Ad scdm* Ad zm negat añs: nō. n. est eadē sed silis ei. ¶ *Ad tertiā* Ad 3m negat ꝯñtia. Ad pbationē dī q aqua generās aquā ex aere, corrumpit aerē per se. & corrumpit eius humiditatē p accidēs. ¶ *Ad qrtā* Ad 4m dī, q caliditas que est in cadauere, generata est de nouo a spiritibus. qui nō sunt corrupti ad corruptionē aialis. sed manserunt: qz tn̄ predicti spiritus cito exalant: ideo etiam calor paruz durat in cadauere: & cito cadauer efficit frigidū. ¶ Ad cōfirmationē dī q est generata ex opposito. i. ex nō calido: aut ita intense: aut ita remisse, sicut requirit forma cadaueris dum introducitur in mām.

¶ Utrum mater concurrat actiue ad generationem prolis. Questio. XVI.

Queritur 16o. Utrum mater concurrat actiue ad generationē prolis. Et arguit q sic. ¶ Prio. In quocūqz est po generatiua, in eo est virtus actiua ad gnōnez. Sed in muliere est potētia generatiua cū habeat animā vegetatiuā: cui vires sunt nutritiua augumētatiua. ergo &c. Minor pz & maior est phī zo de aia. tex. cōmēti. 37. dicētis q oēs potētie aie vegetatiue sunt actiue. ¶ Scdo. Potentia generatiua patris & potētia generatiua matris sunt eiusdē speciei. g si generatiua patris pōt in aliud actiue. in idem pōt actiue generatiua matris. Patet ꝯsequētia: qz actiuū & passiuū specie distinguunt. ¶ Tertio. Quicqd cōuenit per se alicui forme: cōuenit per se oibus que sunt eiusdē speciei. sed potentie generatiue patris cōuenit per se esse pncipiū actiuū generationis. ergo cū generatiua matris sit eiusdez speciei: sequit q ei similr cōuenit esse pncipiū actiuz. ¶ Quarto. Si esse pncipiū tm̄ passiuū sufficit ad maternitatē: seqt q adam de cui suba formatū est corp eue sit mater ei: qd est absurdū dicere.

Pma rō. Scda rō. Tertia rō. Quarta ratio.

Respondeo Quia ab oibus est cōcessuz q mater cōcurrit passiue. lz quidā dicant q ēt actiue: ideo pmo dicet quō est pncipiū passiuum: & postea quō sit pncipiū actiuū. ¶ Quantū ad pmū dicit q materia quā mater ministrat generationi siue proli que ꝯcipit nō est semen. eo q. vt inquit phs lib. de aialibus: expertū est mulieres concepisse. qñ tn̄ nō seminauerūt. Sed hs materia est sanguis menstruus mulieris. Dico aūt in hoc loco sanguinē menstruū. nō eum quē mulier emittit p singulos menses: tum qz huis sanguis putridus & corruptus est: tum qa in alijs aialibus: quorū femelle nō habēt sanguinē menstruuz, nō posset fieri generatio: sed hs sanguis qui est mā fetus: & q transmutat ad carnē, est sanguis purus p sepationē ab re illius sanguis mēstrui. Iste aūt sanguis mouet a venis ad matricē q̄ est locus aptus gnōni.

Ut Scō. Quō mater sit pncipiū passiuum.

Quantum ad zm pono duas cōclusiones. Quaruz pma est q Mater cōcurrat actiue aliqmodo ad generationez. ¶ Scda ꝯclo est, q Mater non hz actionē per quā organizet & animetur materia que est subiectuz generationis. ¶ Prima cōclusio pōt pbari sufficienter per rōnes factas in pncipio qōnis. Et adhuc specialr sic pbatur. ¶ Relatio maternitatis in matre ꝯsequitur actionē matris circa ꝓlez que generat. ergo mater est aliquo mō pncipiū actiuū gnōnis. Cōsequētia pz. Añs pbat. Maternitas nō fundat super quātitate: nec est relatio mēsure ad mensuratū. ergo fundat super actione vel passione. Sed nō fundat super passione. ergo super actione. Prima cōsequētia pz a sufficienti diuisione: qz oīs relatio fundat super aliquo illoz triuz. Minor aūt scde cōsequentie pbat. Relationū oppositarū ꝯsequentiū actionē & passionē si vna fundat super passionē. necesse est aliam fundari super actionē. Istud pz discurrendo in oibus: puta in relatione moti ad mouens: & agentis ad patiens: & producti ad producens. Sed filiatio & maternitas sunt relationes opposite: & filiatio fundatur super passione. s. super passiua generatione. ergo maternitas fundat super actione. ¶ Pro notitia vo scde ꝯclusionis. Sciendū est q ad generationē cōcurrūt tres actiones. Una est precedēs generationē. Alia est essentialiter ipsa generatio. ¶ Tertia est ꝯsequēs generationē. ¶ Prima actio est illa, qua preparat sanguis de quo supra diximus per digestionē & purgationē: vt sit mā apta gnōni: & hanc ationē hz mater per suā potētiā generatiuā. ¶ Scda actio est organizatio corporis & cōpleta dispositio ad aiam: cuius terminus extrinsecus est ipsa aia: & huius actionis pncipiuz est tm̄ pater & nō mater. ¶ Tertia actio est, deducere fetum cōceptū ad debitā perfectionē & maturitatē: & huius actionis pnm est mater: bona. n. dispositio matricis plurimū facit ad hanc. ¶ Sciendū scdo q in semine viri, est multitudo spirituū habentiū calorē celestē & elemētarē. nō q isti calores sint due res distincte. sed est vnus & idē calor: sicut ēt in aiali vnicus calor in qualibet pte aialis existens dicit aialis & celestis & elemētaris fm diuersas ꝯsiderationes. Inqñtus eniz digerit alimentū & dissoluit & alia hs facit, sic dicitur elemētaris. inquantū vo hz determinatā mensurā. nō. n. auget. nec aliud facit in infinitū. sed determinate, sic dicit esse celestis: qz ista determinatio est a celo. inquātū vo est cōueniēs cōplexioni aialis: sic dī calor aialis. Propterea dixit Cōmētator zo de aia. cōmēto. 4z. q alterare alimentum cōuenit calori ignis: sed fm ista alteratio est determinata: dz attribui virtuti cōiuncte cū igne: sicut etiaz mollificare ferrū ad faciendū aliqd artificiatū cōuenit igni: sed q ista mollificatio sit terminata, est ab arte artificis. Et io dixit Cōmētator. 1z. metaphysice. cōmēto. 19. q calor celestis qui generat aialia, est silis calori artificiali, quē ars mensurat ad aliquā operationē. Nec obuiat pdictis illud dictū phī zo de generatione, calor celestis saluat aialia: & calor elentaris corrūpit. accipit. n. ibi calorē elementarē p calore in illo gradu intensionis in quo cōuenit elemento. Et que dicta sunt de calore in aiali, dicenda sunt de calore existente

Respondeo. In ista questione duo sunt declarãda. Primũ est titulus qõnis. Scõm est rñdere ad qõnem. ¶ Quantũ ad primũ sciendũ est ꝙ materia tripl'r ɔsiderari põt. Uno modo quantũ ad essentiã suã. Alio mõ quantũ ad esse actuale sibi a forma cõmunicatũ. Tertio quantũ ad eẽ distinctũ in partes eiusdẽ rõnis. Primũ istorũ hz ex se: sicut ⁊ quelibet alia hz ex se naturaz suaz. Scõm hz a for^a formal'r. ⁊ effectiue a generante. Tertiũ hz a quantitate. ¶ Sciendũ 2° ꝙ inter ista tria est ordo nature. Prius eniz mã Sor. est in se entitas q̃daz q̃ȝ habeat esse a forma: ⁊ prius hz esse a forma q̃ȝ sit diuisa per quantitatẽ ab alia mã. Et qr oẽ prius põt esse saltẽ in esse cognito sine posteriori: ideo remotis p intellectũ duobus vltimis a mã adhuc remanet primũ. Est igit̃ quantũ ad ppositũ pertinet questio. Si per impo'e remouerent̃ ab oi mã tam celi q̃ȝ aliarũ rerũ oẽs forme taz substantiales q̃ȝ accidentales. Utrũ iste materie que nunc sunt distincte caderent in identitatẽ numeralẽ. ¶ Quãtũ ad 2^m. primo dicetur de idẽtitate numerali mãe rerũ corruptibiliũ. Secũdo de idẽtitate numerali ipsi⁹ cũ mã celi. ¶ Quantũ ad primũ: hec est pma ɔclusio. Mã rerũ corruptibiliũ considerata ẜm eẽ aut ẜm quantitatẽ nõ est vna numero in oibus. Probat̃. ¶ Primo. Impo'e est eandẽ rẽ numero habere simul distictos situs saltẽ natural'r. Sz materia Socra. ⁊ mã Pla. habẽt distinctos situs: nec possunt nãl'r habere eundẽ sitũ. ergo nõ sunt vna ⁊ eadẽ mã. ¶ 2°. Forme habẽtes qualitates ɔ̃rias in gradib⁹ sũmis/ nõ possunt esse simul in eadẽ numero mã. alioqn etiaz ille qualitates in sũmo essent simul in eodẽ. Sed forma ignis hz caliditatẽ in sũmo: ⁊ forma aque frigiditatẽ. si sit in sua nãli dispositione. ergo nõ habẽt eandẽ numero mãm. ¶ 2^a ɔ̊. Oiuz corruptibiliũ est eadẽ mã numero ẜm suaz essentiã ɔsiderata. ¶ Istã ɔ̊nẽ declaro anteq̃ȝ pbetur. põt enim habere duos sensus veros. Primus est ꝙ eadem numero mã põt successiue esse oiuz corruptibiliũ: qr illa que est sub forma ignis põt eadẽ nũero esse sub forma terre: ⁊ postea sub forma aque: ⁊ sic per continuã ⁊ successiuã trãsmutationẽ potest suscipere quãlibet formã. ¶ Scõs sensus est ꝙ sit eadẽ numero mã oium negatiue ⁊ nõ positiue. ¶ Ad cuius euidẽtiã. Sciendũ est ꝙ illa dicunt̃ esse vnũ positiue que habẽt in se aliquã formã dantẽ vnitatẽ: sicut cũ nutrimentũ addit̃ nutrito fit vnũ ex materia nutrimenti ⁊ materia nutriti: qr materia que p̃us erat sub for^a nutrimẽti actuat̃ p formã ei⁹ qõ nutrit̃. ⁊ hoc mõ impo'e est ꝙ oium corruptibiliũ sit vna materia numero: qr diuersoꝝ sunt diuerse mãe ẜm subam distincte. cũ sint sub distinctis formis. Illa vero dicunt̃ vnũ negatiue que ɔsiderantur p negationẽ cuiuslibet p̃ncipij distinctiui. Et qr mã nõ distinguit̃ in ptes nisi p quãtitatẽ p̊: ⁊ ɔñter p formas subales. iõ materia cõsiderata p abstractionẽ ab oibus formis est sepata in esse cognito a p̃ncipijs distinctiuis. Et iõ est vt sic vna negatiue. Ista aũt vnitas nõ est actu nisi p opus rõnis: qr ipo'e est ꝙ mã remaneat ẜm esse a formis sepata. ¶ Et si dicat̃ ꝙ ẽt ẜm intellectũ nõ põt esse separata ab oi forma: cũ nõ possit intelligi nisi p analogiã ad formã: vt pbatũ fuit supra. ¶ Rñdetur ꝙ lz mã nõ possit intelligi quãtũ ad suã rõnem qdditatiuã nisi per analogiã ad formã: tñ cognita nã mãe põt intell's eaz ɔsiderare nõ ɔsiderãdo aliqd actu esse in ea per qõ distinguat̃. ¶ Qr aũt aliqua dicantur esse vnũ vel positiue vel negatiue: pz in suo sil'i. Dicit eni Phs p̊ posterioꝝ. ꝙ vl'e est icorruptibile. Qõ exponit Auicẽna dupl'r. Uno mõ: qr mundus est etern⁹. ⁊ ɔñter spẽs rerum sunt eterne: ⁊ semp manent per ɔtinuã successionẽ indiuiduorũ. Alio mõ dĩ vl'e esse icorruptibile negatiue: qr qdditas vt stat sub intẽtione vl'is ɔsiderat̃ p̃cise. quantuz ad ea que sunt ei eẽntialia: ⁊ per abstractionẽ ab oibus accidẽtibus. Corruptio aũt ɔtingit p mutuã actionẽ qualitatũ el'ntariũ: vl'e ergo si ɔsiderat̃ p negationẽ p̃ncipioꝝ corruptibilitatis: sic est icorruptibile negatiue. Sic aũt declarata ɔ̊ pbatur. ¶ Primo. qr Cõmẽ. p̊mo physi. cõ. 82. circa mediũ sic dicit. Subm qõ est in potẽtia est vnũ oium gñabiliũ: per subm aũt accipit mãm. quã ibi pbat Phs eẽ ingenerabilẽ ⁊ incorruptibilẽ. ¶ 2°. Remotis oibus p̃ncipijs formal'r distinctiuis: res remanet indistincta: qr hoc generaliter notuz est ꝙ ablata causa formali aufert̃ effect⁹ formalis. Sed formalia distinctiua mãe in plures ptes nũero sunt quãtitates qbus primo cõuenit diuisibilitas: vt pz ex diffinitione q̃ȝtitatis. 5. meta. ergo ⁊c̃. ¶ 3°. Si due mãe essent distincte numero. seclusis oibus formis. ipse distinguerent̃ seipsis: qr nihil aliud habẽt per qõ distinguant̃. Sed ea q̃ distiguunt̃ seipsis nõ p̃ñt eẽ distincta tñ numero: qr distincta seipsis in nullo vniuoce cõueniũt: que aũt distinguunt̃ tñ numero ɔueniunt in vna specie que dĩ de eis vniuoce. g̊ impo'e est ꝙ tales mãe tñ numero distinguantur. Nec potes dicere ꝙ distinguantur plusq̃ȝ numero: quia ab oibus est concessum ꝙ materia omniuz corruptibilium est eiusdem rationis.

Cœlo 3^a questio rñsiua.

Quantum ad 2^m dico ꝙ materia celi ⁊ materia rerũ corruptibiliũ si essent ab oibus formis separate non eẽnt vna materia nũero. Probat̃ ista ɔ̊. ¶ Primo. supponit̃ ꝙ plures forme substãtiales. p̃sertim nõ habẽtes ordinẽ inter se nõ p̃ñt esse simul in eadẽ materia: puta forma lapidis ⁊ forma plante. Istud pz. qr ipo'e est ꝙ aliquid sit lapis ⁊ planta. ¶ Supponit̃ 2° ꝙ materia que est sub vna forma/ eadẽ numero est in potentia ad aliã formã. alioquin nõ posset esse trãsmutatio substantialis p gñationẽ. ¶ Tunc arguit̃ sic. Que sunt eadez nũero materia. hñt eandẽ numero potẽtialitatẽ. Sicut si Sor. ⁊ Pla. eẽnt idẽ hõ numeral'r/ haberẽt eandẽ numero quãtitatẽ ⁊ risibilitatẽ. Sed mã celi nõ põt habere eandẽ nũero potẽtialitatẽ cuz materia rei corruptibilis. puta Sor. g̊ nõ põt eẽ eadẽ numero materia: maior pz. Minor pbat̃. Oẽm potẽtiã quã haberet materia celi si eẽt separata ab oi forma hz etiã nunc: nisi qr illa potẽtia nunc est cõiuncta actui. s. forme celi: ⁊ tũc eẽt separata ab oi actu. Sz materia celi nunc nõ hz potẽtiã ad formã cadaueris. ad quã tñ hz potẽtiaz materia Sor. g̊ ⁊c̃. Minor pbatur. Cuilibet potẽtie passiue naturali corrñdet aliqõ actiuũ naturale potens eaz reducere ad actũ. Sed nullũ actiuũ naturale põt facere ꝙ in materia celi recipiat̃ forma cadaueris: vt pz p primũ p̃suppositũ. nisi forma celi abijciat̃: qõ est impo'e alioquin celũ eẽt corruptibile p naturã. ¶ Dicet̃ forte ad maiorẽ ꝙ mã celi de se est in potẽtia ad alias formas. Sz qr hz nobilissimã formã: ideo nõ põt appetere expoliari ea ⁊ habere aliã. ¶ Sed ista rñsio nulla est. Tum qr eodem mõ diceret̃ ꝙ materia hñs formã hois nõ reciperet for^am cadaueris. que est iperfectior: ⁊ ꝙ mã que est sub for^a ignis nõ trãsmutaret̃ in formã terre q̃ est ignobilior cui⁹ oppositũ vult Phs p̊ de gene. tex. cõ. 18. vbi dicit ꝙ qõlz el'ntuz põt ex quolibet el'nto gñari. Hanc aũt rõnẽ p ista ɔ̊ne habeo a Cõmẽ. p̊ celi. cõ. 20. in fine. Nec alias rõnes adduco: qr pbaret̃ eisdẽ rõnib⁹ qbus pbabit̃ sequẽti qõne ꝙ materia celi sit alteri⁹ rõnis a materia corruptibiliũ. Et sic pz ꝙ iste due materie eẽnt distincte nũero si p ipo'e separarẽtur ab oib⁹ formis. Hec aũt distõ nõ eẽt situalis quasi ꝙ vna eẽt hic ⁊ alia alibi: qr materie nõ deberet̃ locus circũscriptiue: qr per casuz nullã haberet quãtitatẽ. Nec diffinitiue: qr nullã haberet opationẽ. nec distinguerent̃ ex eo ꝙ vna moueret̃ motu recto. alia motu circulari: qr oẽ qõ mouetur est corpus: mã aũt nõ est corpus: sed distinguerent̃

numero

Marginalia (left column): Quõ sit intelligẽduz id qõ q̃rit̃. — Prima ɔ̊. — Scõa ɔ̊. — Nõndũ 3 Quid est eẽ positiue aut negatiue vnũ. — Vl'e eẽ incorruptibile.

Marginalia (right column): Cauillatio. — Rejectio cauillatio.

numero in rõne potẽtie:sicut due intelligentie distinguũ
tur numero in rõne actus:ex eo ꝙ sunt alterius rõnis.

Ad pmũ ꝙ **Ad primum** ergo in oppositũ põt dupl'r rñderi. Uno mõ ꝙ ad ipossibile.sequit̃ qd̃
libet saltẽ mãliter:⁊ qꝛ impossibile est ꝙ pars celi sit in ae
re:ideo ad hoc positũ.seqt̃ ꝙ illa pars qesceret ⁊ nõ moue
ret̃.Alio mõ dĩ ꝙ illa pars quiesceret. Ad improbationẽ
dĩ ꝙ illa regula:omne corpus naturale positũ extra locuz
ꝓpriuz mouet̃.est vera tm̃ de his que sunt apta nata mo
ueri motu recto:hꝰ nõ est celũ:nec aliqua pars eius. Et si
dicat̃ ꝙ cũ illa quies esset violenta:seqt̃ ꝙ aliqd̃ violentũ
esset perpetuũ.Rñdeo ꝙ illa quies nõ esset nãlis nec vio
lenta:qꝛ nõ esset ẜm nãm nec contra nãm:sed esset preter
Ad scd̃m nãm celi.¶ Ad 2m cõcedit̃ maior de his que solo nume
ro distinguunt̃ ⁊ sunt idem specie.Sed loquendo de illis
que ita distinguuntur numero:ꝙ etiaz sunt alterius rõnis
ipsa est falsa:⁊ sic est in ꝓposito.¶ Ad 3m negatur maior.
Ad tertiũ Quõ aũt distinguant̃ iste due potẽtie dicet̃ qõne sequẽti.
Ad q̃rtũ ¶ Ad 4m negat̃ ꝯñtia.Ad ꝓbationez dicit̃ p̊mo ꝙ sicut
corporeitas est in celo:ita etiã est in tota mã reꝝ corrupti
biliũ.Dĩ scd̃o ꝙ corporeitas in oĩbus rebus corruptibili
bus est eiusdẽ rõnis taz logice q̃z etiã phyce. Corporeitas
aũt ⁊ relique forme que sunt in celo:sunt qdẽ eiusdẽ gene
ris logici cuz his que sunt in corruptibilibus:qꝛ vtrobiqz
habent eandẽ diffinitionẽ.s.esse natũ recipere tres dimẽ
siones:nõ tñ sunt eiusdẽ generis physici:qꝛ in celo hꝫ esse
incorruptibile ⁊ in alijs habet esse corruptibile que diffe
runt plus q̃z genere:vt dĩ.10.meta.tex.cõ.26.Et iõ nõ va
let ista ꝯñtia.Mã oium corruptibiliũ est vna numero.g̊
Ad q̃ntũ mã oium corpoꝝ est vna numero.¶ Ad 5m negat̃ ꝯñtia:
qꝛ deus q est tm̃ vnus põt habere rõnẽ p̊mi efficiẽtis ⁊ vl
timi finis ⁊ forme exẽplaris:nullo aũt mõ põt habere rõ
nẽ mãe.Et ideo pñt esse plures mãe p̊me.Uñ rõ ista ma
gis est ad ꝓpositũ cõfirmandũ:qꝛ ea que sunt infra deuz
Ad sextũ necessario plurificant̃.¶ Ad 6m dĩ sicut ad 3m. ¶ Ad 7m
Ad 7m dĩ.ꝙ phs nõ intendit assignare eadẽ numero p̊ncipia re
rũ nãliũ.sed eadẽ in vl'i:vñ sufficiebat ei dicere ꝙ mã est
p̊nm oium corpoꝝ.Qualis aũt sit mã istoꝝ ⁊ q̃lis mã illo
rũ nõ intendebat ibi declarare.sꝫ postea declarauit p̊ celi.
⁊ 9°.⁊.12.meta.vbi dixit ꝙ mã celi est in poa tm̃ ad vbi.

¶ Textus cõmenti.10.

¶ Omia vo mãz habẽt quecũqz transmutantur.

¶ Probato ꝙ in oĩ substãtia sensibili est mã:nunc dicit ꝙ
nõ in oibꝰ eodẽ mõ. Qualiter aũt differãt declarat.San.
Tho.dicens ꝙ gñabilia habẽt mãm que de se est in potẽ
tia ad formas ⁊ ad p̊uationes.Corpora vo incorruptibi
lia habent mãm que nõ est in potẽtia ad formã ⁊ p̊uatio
nẽ:sed tm̃ ad vbi.Huic expõni multũ fauet Cõmentator
in hoc loco sic dicens.Qꝛ ex translatis fuerit nõ gñabile ⁊
corruptibile nõ habebit mãm quam habet generabile ⁊
corruptibile ⁊ est que est in potẽtia.Ex quibus verbis in
nuit ꝙ in eis est mã:sed nõ que sit in potentia.

¶ Textus cõmenti.11.

¶ Dubitabit autem aliquis.

Non ens 3r dicitur ¶ Dictũ fuerat textu.8.ꝙ ea que generant̃ fiunt ex nõ en
te:⁊ qꝛ posset dubitari ex quo nõ ente fiãt.Rñdet ad hoc
dicens ꝙ fiunt ex nõ ente in actu:ente tñ in potẽtia. Ubi
dicit Cõmentator ⁊.S.Tho.ꝙ aliqd põt dici nõ ens tri
pl'r.Uno mõ:qꝛ est nihil:⁊ sic ex non ente non generant̃
res:qꝛ ex nõ ente nihil fit.Alio mõ dicit̃ non ens ipsa pri
uatio entis.⁊ sic per accidens res fiunt ex nõ ente:qꝛ vt dĩ
p̊mo physicoꝝ.p̊uatio est p̊ncipiũ per accidẽs. ¶ Tertio
dicit̃ nõ ens mã que nõ est ens actu.sed tm̃ in potentia:⁊
ex hꝰ non ente res fiunt per se.Ex tali igit̃ non ente fiunt
omnia sensibilia generabilia:sed tamen nõ eodem mõ:qꝛ
mã nõ hꝫ eundez ordinẽ ad oẽs formas.Sed per p̊us est
in potentia ad formas elemẽtares:⁊ eis mediantibus ẜm
diuersas ꝓportiones cõmixtoꝝ est in potẽtia ad diuersas
formas.Propterea dicit Cõmentator ꝙ lꝫ mã sit vna ẜm
subam:tñ est multa ẜm potẽtiã ⁊ ẜm habilitatẽ. Uñ non
põt ex quolibet imediate fieri qd̃libet:nisi forte per reso
lutionẽ ad materiã p̊mã.Ex dictis infert ꝙ antiqui nõ po
terãt reddere cãm multitudinis entium:⁊ p̃sertim Anaxa
goras.Cuius ratio est:qꝛ ipse ponebat p̊mũ p̊ncipiũ oium
esse intellectũ separatũ:⁊ preter hoc ponebat p̊nm materia
le.s.Chaos in quo erant oia actu.sed cõmixta:ita ꝙ qd̃li
bet poterat fieri ex quolibet:qꝛ in quolibet erat qd̃lꝫ rõne
illius cõmixtionis:⁊ sic agens oium erat vnũ:⁊ etiaz ma
teria erat vna.s.predictũ Chaos.Agente aũt existẽte vno.
⁊ materia vna:nõ apparet vñ ꝓueniat rerũ distinctio.Sꝫ
Aristoteles lꝫ ponat esse vnũ p̊nm agẽs ⁊ sil'r vnã materiã:
qꝛ tñ ponit in illa materia plures habilitates.iõ dicit cãz
pluralitatis:qꝛ.s.ex multis habilitatibus ꝓuenit rerũ mul
titudo:⁊ ita exponit Cõmẽtator. Sed.S.Tho.addit aliq̃
verbũ dicens ꝙ p̊ma causa nõ p̃supponit aliqd̃ subiectuz
vel materiaz in sua actione:⁊ ideo põt imediate plura pro
ducere:p̃sertim qꝛ agit mere libere.⁊ cõtingenter.

¶ Utrum materia celi sit alterius rationis a materia cor
ruptibilium. Questio. IX.

Queritur 9°.Utrum materia celi sit alterius rõnis a materia
corruptibiliũ.Et videt̃ ꝙ nõ. ¶ Primo. Prima rõ.
qꝛ si iste materie sunt diuersaꝝ rõnuz:aut
distinguũt̃ seipsis:aut ꝑ respectꝰ ad diuer
sas formas:aut ꝑ ipsasmet formas quas re
spiciunt. Nõ p̊m. Tum qꝛ in fundamento
nature nulla est distinctio:vt dicit Cõmẽtator p̊ meta.cõ.
17.Tum qꝛ actus est q distinguit ⁊ sepat.7.meta. Nõ 2m.
Tum qꝛ nullũ accñs est dĩa ꝯstitutiua sube:respo aũt est
accñs:⁊ materia est suba.Tum qꝛ nullũ p̊us distinguitur
essential'r ꝑ suũ posteriꝰ:respectꝰ aũt ad formã p̃supponit
materiã.⁊ est ea posterior.Nõ 3m:qꝛ oẽ formal'r ⁊ essential'r
distinctiuũ est intrinsecũ ei qd̃ ꝑ ipsuz distinguit̃.Sꝫ fora
nõ est intrinseca nature materie.nec ps eiꝰ.g̊ nõ distiguit
eã essential'r.¶ Scd̃o.Impole est ꝙ ea q̃ sunt diuisaꝝ rõ Scd̃a rõ.
nuz equal'r distent a deo.qꝛ vbi est distinctio naturarũ di
uersaꝝ rõnũ.ibi ẽt sunt diuersi gradus.Sed iste materie
equal'r distãt a deo:qꝛ in pura poa nõ est dare magis ⁊ mi
nus.g̊ ⁊c̃.¶ Cõfirmat̃.In eo qd̃ est oiuz entiũ infimũ nõ
sunt distincti gradus:qꝛ vbi sunt gradus distincti.ibi vnũ
est alio superius:⁊ ꝑ ꝯñs ipsuz nõ est infimũ.Sꝫ materia
est infimũ ens saltẽ in gñe subaꝝ.g̊ ⁊c̃.¶ Cõfirmat̃ scd̃o.
In actu puro nõ põt eẽ aliqua diuersitas.g̊ neqz in pura
poa.¶ Tertio.Sicut nõ est mediũ iter ens in poa ⁊ nihil: Tertia rõ
ita ꝙ nõ põt fieri descensus sub pura poa nisi ad nihil:ita
inter purã potẽtiã ⁊ actũ nõ est mediũ:ita ꝙ nõ põt fieri
ascensus a pura potẽtia nisi ad ens in actu:vt dicit Cõmẽ
tator p̊mo physicoꝝ.cõmẽ.70.hoc aũt nõ esset verũ si pos
sent esse plures p̊me potẽtie diuersaꝝ rõnũ.g̊ ⁊c̃.¶ Quar Quarta
to.Ea sunt eiusdẽ rõnis que cõueniunt in eadẽ differentia ratio.
essentiali.Sed oẽs materie cõueniunt in eadẽ dĩa essen
tiali:qꝛ omnes cõueniunt in rõne potentie per quã substã
tificatur materia.vt dicit Cõmentator in de substãtia or
bis.g̊ oẽs materie sunt eiusdẽ rationis.¶ Quinto.Unius Quita rõ
celi ⁊ oium partium eius est vna materia eiusdẽ rõnis.g̊
si materie eiusdem rationis habent eandem potentiam:
sequitur ꝙ vna pars celi est in potentia ad formam alte
rius partis:⁊ per consequens quelibet pars celi erit corru
ptibilis:quod est falsum.ergo ⁊c̃.

Cap̄.2.d.12.q.1.&.2.

Respondeo. In ista qōne est maxima ꝯrietas inter doctores: qbusdaz dicentibus ꝙ iste mãe sunt eiusdē rōnis. Alys vō dicētib⁹ ꝙ sunt diuersarū rōnū. Et isti etiā differūt inter se quātū ad modū distinguendi mās istas. Et ideo p̄mo dicet̃ ad.q.in se. Scd̄o declarabit̃ penes quid distinguant̃ iste mãe: qd̄ tangebat̃ in p̄mo argumēto. ❡ Quantuz ad p̄m sunt quatuor modi dicendi.

Opinio. Auerrois credita.

❡ Primus est eoꝝ qui tenēt ꝙ in celo nō est materia sicut cōiter Cōmētatori ascribit̃: lz false. & isti nō habent ꝓprie dicere ꝙ mã celi sit eiusdez rōnis aut diuerse cū mã alioꝝ corpoꝝ. Quia tñ Cōmētator. vt ipsi dicūt ponit in celo aliqd̄ subiectū quātitatis & figure. & alioꝝ accidentiū: lz nō vocet ipsuz mãm ꝓprie: q̄uis forte ſm eum possit ēt appellari mã iproprie: inquātū est saltē in potentia ad vbi.

Conclo ad mentē Cōmen.

Ideo ſm Cōmentatorē dicēdū est ꝯñter ꝙ mã celi est alterius rōnis ab alia mã. ❡ Qd̄ ꝓbat̃: qꝛ ea que sunt eiusdē rōnis habēt eandē denoiationē essentialē per quā signat̃ illa rō cōis: sicut pz in oib⁹ que sunt eiusdē speciei. Sed ita nō est in ꝓposito: qꝛ illud potētiale ad vbi in celo nō denoiat̃ mã: potētiale aūt qd̄ est in alys corporib⁹ dr̄ essentialr̃ mã. ergo &c. Et ꝓpter hoc miror ꝙ aliqui sequētes viā Cōmētatori attributā. s. ꝙ in celo nō est mã: dicant mãm celi esse eiusdē rōnis. cū mã alioꝝ corporum.

Altera opinio.

❡ Scd̄s modus est quorūdā dicentiū ꝙ mã nō est entitas distincta a forma: qꝛ esse distinctū nō cōuenit nisi tñ eis qui dicūt determinatā nãm. mã aūt nō dicit determinatā nãm: qꝛ ois determinatio est per actū: mã vō nulluz actū dicit. Ex hoc cōcludūt ꝙ si ēt in celo esset ꝓprie mã. tñ ipsa nō esset distincta a mã reꝝ inferioꝝ: & per ꝯñs nec esset alterius rōnis. Et iste modus dicendi est illius q posuit modū p̄m. Sz ista opinio q̄tū ad suū fundamētū iprobata fuit. 7. huius. vbi fuit de hoc qō spālis.

Opinio Egidij.

❡ Terti⁹ est modus dicētiū ꝙ in celo est vera mã que est nã & entitas alia a forma: sed ꝙ ipsa est eiusdē rōnis cū mã inferioruz: ita ꝙ circūscriptis oib⁹ formis. tam subalib⁹ q̄z accidentalibus. si per ipoe maneret mã celi & alioꝝ corpoꝝ eēt tñ vna mã: lz in ea esset diuersitas aliqua quātū ad modū recipiendi formas: qꝛ materia celi recipit tñ formā nō habentē ꝯriū: & ꝑꝑ hoc celū est incorruptibile per naturam: qꝛ eius materia nō hz priuationē annexā. & eius appetit⁹ ꝑfecte satiat̃: materia vō alioꝝ corpoꝝ recipit formā habentē ꝯriuz & remanet subiecta priuationi aliaꝝ formaꝝ: qꝛ alie forme ꝑꝑ sui imperfectionē nō satiant appetitum illius materie. Et ita cōcludit ista opio ꝙ he materie sunt eiusdē rōnis: & differūt in mō recipiēdi formas.

Opinio S. Tho. Cōclo cū hus.

❡ Quartus modus quē sequor est dicentiū: ꝙ iste materie sunt alterius rōnis. Sed iste quartus & tertius modus dicendi. iter quos est spālis ꝯrietas in hac qōne possunt dici differre quodā modo tñ verbaliter.

Notādū T. cō. 69.

❡ Ad cuius euidentiā sciēdū est ꝙ materia nō est cognoscibilis: nisi per analogiam ad formā: vt dr̄ p̄mo physicoꝝ: & ꝓbatū fuit supra: qꝛ materia de se est tñ potentia: ꝓpria aūt rō potentie sumit̃ ex actu. Diffinierunt igit̃ aliq materiā hoc mō. Materia est pura po^a susceptiua forme subalis. Et qꝛ ista diffinitio cōuenit oi materie tam celi q̄z alioꝝ corpoꝝ: ꝓpterea illi q cōsiderant tñ hanc diffōnē dicūt ꝙ oēs materie sunt eiusdē rōnis. Et hoc verū est si ipsi intendāt loqui de rōne generica: quasi ꝙ materia sit quodā mō qdd̄ā genus: eo mō quo rō generis pōt ꝯuenire naturis partialib⁹: sicut si qs diceret oēs aias esse eiusdē rōnis: qꝛ oēs sunt actus p̄mus organici corporis. Sed qꝛ cōsuetudo phoꝝ est dum querunt an aliqua sint eiusdē rōnis: intelligere de rōne spāli & ꝓpria: ita ꝙ illa dicant̃ ꝓprie esse eiusdē rōnis. que ꝯueniunt in vna rōne nō distinguibili in plures rōnes. Propterea dicimus ꝙ cōis rō materie distinguit̃ in duas rōnes spāles: quaꝝ vna cōuenit materie celi: & alia conuenit materie alioꝝ corpoꝝ. Et quātū ad hoc sunt alteri⁹ rōnis inter se. ❡ Et sic cōtra hoc est tertia opinio superius recitata: quē sensuz vident̃ in ea habere sequaces ipsius: & sic ipsa ꝯdicit nostre opinioni: & ideo ꝯtra eaz arguit̃.

Arguit ꝯ Egidij placitum.

❡ Primo. Ad quācūqz formā est in po^a aliqua materia. ad silez in specie est in potētia quelibet materia eiusdē rōnis. Sz materia celi est in potētia ad formā quā hz: lz ei sit vnita (est enim in potentia cōiuncta actui.) ergo ad formaz celi esset in potētia materia rerū corruptibiliū. Sz hoc est falsuz: aliogn celū esset generabile.

Fuga Egidianoꝝ.

❡ Ad hanc rōnē negant isti maiorē: qꝛ si materia. hz formā implentē totā capacitatez eius ipsa nō relinqt in ea potentiā nec ꝑuationē respectu alterius. Et hō est materia celi que cōtinet virtualiter oēs alias formas naturalr̃ receptibiles in materia.

Insecutio Replica in rñsionē ꝓ Egidio.

❡ Cōtra hanc rñsionē arguit̃ sumēdo maiorē in sensu nūc imediate cōcesso. s. ꝙ ad quācūqz formā est in potētia aliqua materia ad eādē est in po^a quelibet alia eiusdē rōnis: nisi habeat formā replentē totā capacitatez ipsius: cui maiori sic cōcesse subsumat̃ ista minor. Sed materia terre habet formā nō replentē totā capacitatē eius. cū sit in po^a ad formā aque. ergo si materia terre sit eiusdē rōnis cū materia celi: sequit̃ ꝙ est in po^a ad formā celi. Tunc vltra. g̊ in nã est aliqua po^a actiua potēs illā materiā reducere ad actuz & sic celū esset generabile. Cuius oppositū demonstrat̃ p̊ celi. textu & cōmen. 20.

Fuga alia.

❡ Dicet̃ forte ꝙ materia terre est in po^a ad formā celi: sed qꝛ nunq̄ poterit habere dispōnes pro forma celi: ideo nunq̄ poterit hr̄e formā celi.

Insecutio.

❡ Sz cōtra arguit̃. Tum qꝛ appetitus mãe terre respectu forme celi esset frustra. Tum qꝛ eodē appetitu appetunt̃ media quo appetit̃ finis. ergo mã terre naturalr̃ appetit illas dispositiones ꝓ forma celi: & per te nō est possibile ꝙ eas habeat. ergo est frustra ille appetitus.

Alia solō sequentiū Egidium.

❡ Et ideo ꝓpter hanc rōnē coacti sunt inuenire aliā rñsionē: vnde adhuc negāt illā maiorē & dicunt ꝙ si aliqua materia dz esse in po^a ad aliquā formā requirunt̃ duo. Primū est ꝙ forma quā hz non repleat totā eius capacitatē. Secundum est ꝙ forma ad quā dicit̃ esse in potētia sit ꝯria forme quam habet. Et qꝛ forma celi nō est ꝯtraria alicui forme iferiori. ideo materia corruptibiliū nō est in potentia ad formā celi.

Replica.

❡ Arguit̃ cōtra hāc responsionē sic. Ois ꝓpria passio ꝯsequēs aliquā naturā cōsequit̃ oia indiuidua eiusdē nature. Cui⁹ ratio est. qꝛ vbi est aliqd̄ ens. ibi sūt ea que ad ipsuz necessario cōsequunt̃: ꝓprie aūt passiones cōsequunt̃ necessario naturā cuius sunt: cū igit̃ natura sit in oibus suis indiuiduis. opz etiā ibi esse ꝓprias eius passiones. Sed potentialitas ad formas rerū corruptibiliū est ꝓpria passio cōsequens eoꝝ materiā. ergo ista potentialitas. cōuenit etiā materie celi si est eiusdē rōnis: maior est nota. Minor ꝓbat̃. Potētialitas ad hō formas ꝯuenit omni materie corruptibiliū: & cōuenit semper cum sit ab ea inseparabilis. Materia enim vnita forme adhuc est in potentia: lz illa potentia nō sit separata ab actu: cōuenit etiam soli mãe. vt patet. ergo est eius ꝓpria passio. ❡ Dicet̃ forte ꝙ non est eius ꝓpria passio: sz rō qdditatiua. ❡ Et si sic dicat̃ multo magis habet̃ ꝓpositū. ❡ Cōfirmatur. Appetitus quo mã appetit formā: aut est de essentia materie: aut est propria passio eius. Istud pz: qꝛ nō est eius accidēs cōmune. cū per se ꝯueniat cuilibet materie. ergo si iste mãe sūt eiusdē rōnis habēt eundē appetitū: & ꝯñter respectu earundē formarū: qꝛ sicut potētie distinguunt̃ ꝑ obiecta. ita & appetitus: & sic mã celi naturalr̃ appetit formā ignis: & cum nō sit possibile ꝙ eaz habeat. sequit̃ ꝙ iste appetitus sit frustra. ❡ Cōfirmat̃ scd̄o: qꝛ phs. 9. metaphy. tex. cōmen. 10. dicit ꝙ ois potētia passiua est potētia ꝯdictionis: & cōiter

exponunt doctores φ hoc est verū de potētia vniuoce ac
cepta. Sed per te eadē est potētia ꝛ mā corruptibiliū. ꝛ in
corruptibilium. ergo poª māe celi est ꝯdictionis: ꝛ ꝯñter
celū est in potētia ad esse ꝛ nō esse: ꝛ est generabile ꝛ corru
Scda rō in egidiuz ptibile: qđ est falsuz. ¶ Scđo. Sicut se hꝫ cōmunis ratio
māe ad formā in cōi. inquātū forma est actuans mām. ita
specialis rō ad formā in speciali. inquātū hoc vel illo mō
actuat mām. Sed qꝛ oēs forme māles conueniunt in hoc
qđ est actuare mām ꝛ facere vnū per se. Ideo a forma vl'r
cōsiderata sumit vna cōis rō māe. ergo a formis que hñt
determinatū modū actuandi mām sumit spālis rō māe.
Sed isti modi sunt tm̄ duo: qꝛ forma vel ita actuat mām
φ relinquit ꝑuationē alterius in ea. Et iste sunt forme re
rū corruptibiliū. Aut nō relinquit ꝑuationē. ꝛ huiꝰ est mā
celi. ¶ Cōfirmat. Potētie distinguunt ꝑ diuersas rōnes
formales distinctiuas obiecti inquātū est obiectū: qꝛ eniꝫ
sensibile est obm sensus: ideo potētie sensitiue distinguun
tur ẜm differētias sensibilis inquātū est sensibile. Sꝫ mā
est pura potētia. Cuius obiectū est actus. ergo ẜm drīas in
mō actuandi mām distinguunt māe. Sed aliqua forma
actuat mām ꝛ cōpatit ꝑuationē alterius forme. aliqua ꝟo
Tertia rō. nō compatit. ergo ꝛc. ¶ Tertio. Dicit Cōmentator in de
substātia orbis caplo 4° φ ẜz Themistiū sol ꝛ luna ꝛ alie
stelle aut sunt forme nō in mā aut si sunt forme in mā: mā
dr̄ de eis equoce ꝛ de alijs corporibꝰ. Sed scđa pars illiꝰ
disiunctiue est vera. s. φ sunt forme in mā. vt ꝑbauimus
supra. ergo mā dicit de eius equoce. ¶ Dicet forte φ mā
pōt dupl'r cōsiderari. Uno mō in se. Alio mō quantuꝫ ad
modū recipiendi formā. Primo mō nō intelligit Themi
stius. sed scđo. ¶ Cōtra. Si receptiua sunt vnius rōnis di
uersitas in mō recipiendi nō facit ea esse diuersarū rōnū.
ergo diuersitas recipiendi nō facit mām dici equoce. ꝯse
quentia pꝫ. Añs ꝑbat. Si diuersitas modi agendi vel re
cipiendi distingueret essential'r ipsa receptiua vel agētia:
sequit φ supficies ethiopis esset alterius rōnis a supficie
leonis. Sed hoc est falsuz: qꝛ quātitas est eiusdeꝫ rōnis in
oībus quātis: presertim in rebus corruptibilibus. ergo ꝛc.
Cōsequentia ꝑbat. Nigredo recipit in superficie ethio
pis: ꝛ nō relinqt in ea potentiā ad aliū coloreꝫ: qꝛ nigredo
nō pōt ab ea nāliter separari. Superficies ꝟo in alijs ho
minibus vel corporibus nigris est in potētia ad alios co
lores. ġ ꝛc. ¶ Scđo arguit ad ideꝫ. Diuersitas modi que
sumit ab eo a quo res hꝫ suā rōnē specificā facit distinctio
nē essentialē: vel saltē eā reqrit sicut pꝫ φ oīs diuersitas q̄
est inter hoiem ꝛ equū. est ex suis formis: puta diuersitas
passionū presupponit saltē distinctionē specificā. Sꝫ ista
diuersitas modi attendit ex ipsa forma: qꝛ aliqua relinqt
ꝑuationē. ꝛ aliqua nō: rō aūt māe sumit a forma. ġ isti di
uersi modi reqrunt distinctas rōnes in suis materijs.

Quo distinguāt mā celi a mā corruptibilium. Quantum ad zᵐ scilicet ꝑ qđ distinguunt iste ma
terie sunt due opiones. ꝑma opio tenet
φ distinguunt seipsis. Naꝫ illa ꝓpositio Aristo. 7. meta.
actus est q̄ distinguit ꝛ separat nō est vl'r vera: sed vera est
quātū ad distinctionē suppositoꝝ: quoꝝ nō pōt eē distin
ctio in esse suppositali nisi per aliquē actū. Pōt aūt cōfir
mari ista opio: qꝛ mā seipsa est vna. ġ seipsa est distincta.
Cōsequētia pꝫ: qꝛ de rōne vnius est esse indistinctū in se:
ꝛ distinctum ab alijs. Añs ꝑbat. Materia seipsa est ens.
ergo seipsa est vna. Añs pꝫ ꝛ ꝯñtia est nota 4° metaphy.
Cōclusio cōmēto 3. ꝛ ꝯ Auicēnā. ¶ Alia opio dicit φ iste māe non
distinguunt seipsis. sed distinguunt per formas: nō φ re
spectus quē hꝫ mā celi ad suā formā faciat eā esse alteriꝰ
rōnis a mā corruptibiliū: cū respectus ille sit posterior ex
tremis. Sꝫ ideo dr̄ φ māe sunt distincte: qꝛ forme sunt di
uersaꝝ rōnū. ¶ Et hāc opionē sustinēdo: que magis pla
cet. arguit sic. ¶ Mā ab eodē hꝫ φ sit alterius rōnis a q̄
sumit eiꝰ rō formalis: qꝛ idē est formale distinctiuū. ꝛ for
male ꝯstitutiuū. Sꝫ formalis rō māe sumit a forª: cū ab
ea nō possit absolui neqꝫ ẜm esse: neqꝫ ẜm itellectū. ġ ꝛc.
¶ Scđo. Oēs poᶜ formal'r distinguunt ꝑ suos actꝰ: vt dr̄
scđo de aia. Et ideo dr̄r poᶜ distingui ꝑ obiecta: qꝛ obꝫ hꝫ T. cō. 33.
rōnē actꝰ in ordine ad potētiā: cū sit motiuū poᶜ. Sed mā
est poª ġ eius formalis distictio sumit ex actu. Nec valet
rō alterius opionis. Cōcedo. n. φ mā seipsa est vna vnita
te trāscēdēte, nō tm̄ seipsa est vna vnitate formali ꝛ specifi
ca: sed tm̄ per id a quo sumitur ratio eius.

Ad argumenta rñdet. Ad ꝑᵐ pꝫ rñsio. dictum Ad ꝑmā
est eniꝫ φ distinguunt per for
mas. Ad iprobationē dico dupl'r. Primo φ maior est fal
sa. qñ tale distinctū est pura poª cuiusmodi est mā. Sꝫ qꝛ
videt ipōle φ effectꝰ formalis. sit vbi nō est cā formalis:
ꝛ per ꝯñs φ aliqd sit intrinsece distinctū. ꝛ nō hēat intrin
secū distinctiuū. Iccirco dico al'r φ mā celi distinguit a Añ sit rō
mā corruptibiliū ꝑ aliqd formal'r intrinsecū ei. i. per suaꝫ distinguē
ꝓpriā rōnē formalē: qua est talis mā: que qdē rō foīalis di mās in
est ei intrinseca: sed tm̄ hec rō formalis accipit ex aliquo trīsece for
extrinseco a rōne māe. i. a forª: sicut ēt relique poᶜ distin maliter.
guunt suis rōnibꝰ formalibꝰ q̄ rōnes sumunt ab obiectis
que sunt extrinseca. Et forte ꝑ h̄ appet φ ꝑdicte opiones
nō ꝯdicunt. Prima. n. intelligit φ distinguunt seipsis. i. ꝑ
suas ꝓprias rōnes. Scđa ꝟo φ distinguunt ꝑ formas: qꝛ
tales rōnes sumunt a formis quas māe respiciūt. Immo
istud est verū. nō tm̄ in absolutis: sed ēt in relatiuis. Que
libet. n. spēs relonis hꝫ suā ꝓpriā drīaꝫ cōstitutiuā: que tm̄
drīa sumit a correlatiua. siue a termino. ¶ Ad zᵐ negat Ad scdm
minor. Cū. n. rō māe sumat a forma: ꝛ forª celi sit nobilior
qualꝫ forª māe corruptibiliū: dat sue māe ꝯñter nobiliorē
rōnē. ¶ Ad ꝑmā ꝯfirmationē dr̄ φ mā ẜm genus suū eo
mō quo sibi cōuenit genus est infimū ens in gñe substan
tie: tm̄ sub se hꝫ duo. Quoꝝ vnuꝫ est altero nobilius. ꝛ illa
pura potētia est nobilior que est vnibilis nobiliori actui:
ita φ ꝑfectio vnius pure potētie sup aliā nō attēdit in h̄
φ vna hēat in se aliqd alteriꝰ extremi. s. actꝰ: sed in hoc φ
vna vnit nobiliori actui. Sicut ēt oīs actualis exñtia est
actus purus: ꝛ tm̄ vnū esse est iperfectius altero: nō ꝑ hoc
φ in illo esse sit intrinseca aliqua potētia: sꝫ qꝛ vnit igno
biliori potētie receptiue. s. iperfectioni essentie. ¶ Ad zᵃᵐ
ꝯfirmationē negat ꝯñtia ꝑꝑ duas rōnes. Prima est: qꝛ pu
rus actus hꝫ in se oēꝫ ꝑfectionē possibilē reperiri: vt pꝫ 5°
metaphy. Et iō nō pōt plurificari ẜm spēs: qꝛ nō est dare T. cō. 2?.
duas spēs eque ꝑfectas. Illa igit que eēt minus ꝑfecta nō
haberet in se oēm ꝑfectionē. Pura ꝟo poª nō includit in
se oēm ꝑfectionē. Scđa est: qꝛ purus actus ideo dr̄ purus.
tunc qꝛ intrinsece nō hꝫ ꝑtes: tuꝫ qꝛ nō est alteri vnibilis
a quo possit plurificari. Pura aūt poª est vnibilis alteri.
Et ideo nō est simile. ¶ Ad 3ᵐ dr̄. φ pura poª pōt accipi Ad tertiā
dupl'r. Uno mō ꝓ pura potētia in cōmuni. Alio mō pro distinctio.
hac determinata pura potētia. Primo mō ipsa est mediū
inter ens actu ꝛ nihil. Sed scđo mō ipsa nō est medium:
imo descēdendo a pura potētia celi ad nihil, inuenit ali
qđ mediū. s. mā corruptibiliū. Et ascēdēdo a mā corrupti
biliū ad ens actu inuenit aliqđ medium. s. mā celi. ¶ Ad Ad qrtā
4ᵐ. Si intelligit maior de drīa essentiali cōmuni ꝛ cōsti
tutiua huius generis potētia ꝓcedit totū. Sed nihil plus
habet. nisi φ iste māe sunt eiusdē rōnis cōis. Si ꝟo intel
ligit de differētia speciali negatur minor. Quia specialis
differētia nō est solū esse potētiā sꝫ esse potētiā cōiunctaꝫ
ꝑuationi. vel nō cōiunctā ꝑuationi. ¶ Ad 5ᵐ dr̄ φ partes Ad qntā
eiusdē celi sunt eiusdē rationis. ꝛ ideo mā vnius partis nō
est in potētia ad formā alterius partis. Nec est cōiuncta

priuationi eius.Sicut ēt mā.a.ignis nō est in po^a ad formā.b.ignis.Nec est priuata ea:q̄r hꝫ po^a ꝛ priuatio est respectu earū que sunt diuersarū rationū:alioq̄n oculus sortis diceret̄ esse priuatus po^a visiua:q̄r non hꝫ in se visum Platonis:qđ est absurduz.Sed maior difficultas est in hꝯ si aliq̄ celi sunt diuersaruz rōnū.Et pp̄ter hoc erit specialis questio sequens de materia ista.

⁋ Utrum materia vnius celi sit alterius rationis a materia alterius. Questio. X.

Cap.2.d.2.q.3. Queritur 10°.Utrū mā vnius celi sit alterius rōnis a mā alterius.Et videt̄ q̄ sic.⁋ Primo.Ille māe sunt diuersarū rōnū:quarū vna nō est in potētia ad formāz alterius:vt pꝫ ex precedēti q̄ōne.Sꝫ mā vnius celi nō est in potētia ad formam alterius:alioquin celum esset corruptibile.

Pria rō.

Respondeo. In ista q̄ōne duo sunt declaranda.Primū est.An celi ꝛ stelle sint eiusdē speciei.Scđm est.An eorū materie sint eiusdez rōnis.

Auer.op. ⁋ Quantū ad p̄mū est opinio Cōmētatoris scđo celi.cōmento.59.q̄ oēs stelle sunt eiusdē speciei.vbi dicit Aristotelē formare hanc demonstrationē.Si inueniat̄ vna stel-

Art.pm⁹ larū spherica,necesse est,vt oēs sint spherice.Sed vna est spherica.vt pꝫ de luna:cuius sphericitas p̄batur ex vario modo eius illuminationis:ergo oēs sunt spherice.Primā cōsequētiā p̄bat sic dicens.Hec demonstratio fundadata est super hoc q̄ oia corpora celestia sunt eiusdē nāe specifice.Et cū ita sit:necesse est vt id qđ existit in vno indiuiduoꝝ speciei ex rebus essentialibus existat in oib⁹ indiuiduis eiusdē spēi.Et ita declaratum est q̄ figura est ex rebus essentialibus in corpib⁹ celestibus:q̄r sunt aiata.hec Cōmētator.Ex q̄b⁹ sic arguit̄.⁋ Primo.Illa corpa aiata sunt eiusdē speciei que habēt eandē figurā.Sed corpora celestia sunt aiata.ꝛ habēt eandē figurā.s.figurā sphericā.ergo ꝛc̄.⁋ Scđo.Ea corpora simplicia sunt eiusdē spēi q̄ habēt eundē motū:vt pꝫ in oib⁹ elн̄tis.Sed oēs celi hn̄t eundē motū ꝑm speciē.s.motū circularē.g̊ ꝛc̄.⁋ Tertio.Quelibet stella est eiusdez spēi cuz suo orbe.ergo qđlibet celū est eiusdē spēi cū alio celo.Añs p̄bat̄.Stella nō differt a suo orbe nisi per raritatē ꝛ densitatem:q̄ m̄ stella est densior pars sui orbis.Sed rarū ꝛ densum nō faciunt distinctionē specificā in substātÿs.Et cōfirmat̄:q̄r quelꝫ ps corporis simplicis est eiusdē spēi cū toto:quelibet.n.pars ignis est ignis:ꝛ quelibet pars aque est aqua.Sed celum est corpus simplex.g̊ quelibet pars eius est eiusdē spēi cū eo.Cōsequētia p̄bat̄.Unū celū ꝯuenit magis cū alio celo q̄ cū sua stella.vt pꝫ ad sensum.g̊ si nō differt a stella ꝑm spēm:multo minus differt ab alio celo.⁋ Quarto.Si celi distinguerent̄ specie:sequit̄ q̄ nō sunt tm̄.5.corpora simplicia specie distincta:imo erūt tot quot sunt celi ꝛ elн̄ta.Sed pħs p̄mo celi p̄bat esse tm̄.5.corpa simplicia.s.quatuor elemēta:ꝛ celū quod appellat q̄ntā essentiā.ergo ꝛc̄.

Opinio. S.Tho. Cōclo q̄si to rñsiua. ⁋ Alia est opinio.S.Tho.in.q.8^a de spūalib⁹ creaturis.q̄ celi specie distinguunt̄.Ibi eniz in rñsione ad decimū sic dicit.Nō videt̄ esse vl'r verū q̄ iperfectior dr̄ia gn̄is in plures spēs multiplicet̄.Corpus eniz diuidit̄ per aiatum ꝛ inaiatum.Plures tn̄ vident̄ esse spēs aiatoꝝ corpoꝝ q̄ inaiatoꝝ:precipue si corpora celestia sint aiata:ꝛ oēs stelle adinuicē specie differāt.⁋ Et lꝫ in hisverbis loquatur conditionaliter:tn̄ in responsione ad.15.loquit̄ determinate sic dicens.Corpora celestia sunt diuersaruz spēꝝ.Et postea subdit q̄ ēt lux nō est eiusdē rōnis in oib⁹:q̄r non hꝫ eosdē effectus.Et in rñsione ad.10.in fine.sic dicit.posset dici plures esse species aialiū rōnaliū:si aliq̄s poneret corpora celestia esse aiata.⁋ Ista aūt opio videt̄ esse rō-

nabilior.Pro qua sic arguit̄.⁋ Primo.Si oēs celi essent eiusdē spēi.seq̄t̄ q̄ nō necessario poneret Aristoteles plures intelligētias.12.metaphysice.vbi eas multiplicat ꝑm numerū motuū celestiū.Sed ꝯñs est falsum.ergo.Consequētia p̄bat̄.Ubi sunt plura eiusdē speciei:q̄cq̄d pōt ab inferiori moueri.pōt etiā moueri a superiori.g̊ intelligentia mouēs spherā Saturni posset alias spheras mouere:ꝛ sic alie intelligētie nō essent necessarie.⁋ Scđo.Inter indiuidua eiusdē spēi nō est ordo essentialis:vt p̄batur.2.metaphysice.Sed inter spheras est ordo essentialis:quia actio ꝛ motus iferioꝝ p̄supponit actionē ꝛ motū supioꝝ.ergo ꝛc̄.⁋ Tertio arguit̄ gn̄aliter de oib⁹ stellis.Que sūt eiusdē rōnis habēt easdē p̄prietates essentiales ꝛ op̄ōnes ꝛ effectus eiusdē rōnis.Cuius rō est,q̄r identitas specifica sumit̄ a forma que est p̄ncipiū operationis:ꝛ a qua emanant p̄prie passiones.Sed nō oēs stelle habēt easdē proprietates ꝛ actiōes ꝛ effectus:qđ pꝫ.Nā a luna est fluxus ꝛ refluxus maris:nō aūt ab alÿs planetis.Stellarū etiaz que sunt in firmamēto alique hn̄t oppositos effectus vt dicunt astrologi.ergo nō sunt eiusdē speciei.Nec huic repugnat.qđ dictū est in p̄cedenti.q.s.q̄ partes eiusdez sphere sunt eiusdem rōnis:illud.n.intelligēdū est de partibus q̄ non sunt stelle.⁋ Cōfirmat̄.Ois forma que p̄ se cōsequitur nām aliquā:ꝯsequit̄ oia indiuidua eiusdē nāe:q̄r vt dr̄ p̄mo posterioꝝ.q̄cq̄d est p̄ se est ēt de oi.Sed lux ꝯseq̄t̄ p̄ se nām solis.g̊ si alie stelle essent eiusdē speciei cū sole.oēs haberēt ex se lucē:qđ est falsū:q̄r a sole illumiant̄.vt p̄batur de luna p̄ eclipsim eius.⁋ Nec rōnes Cōmētatoris cōuincunt:imo ēt ipse aliq̄n dixit q̄ nō sunt eiusdez spēi.Sic.n.ait 3° de aīa.cōmēto.5.colūna.3^a.opinandū est q̄ si sunt aliqua aiata.quoꝝ p̄ma perfectio est suba separata a suis subiectis:vt existimat̄ de corporibus celestibus:q̄ impossibile est vt inueniat̄ ex vna specie eorū plus vno indiuiduū.hec Cōmētator.Si aūt volumus saluare q̄ istā nō cōtradicunt dictis ab eo supra:dicemus q̄ hic loquit̄ de celo accipiendo celū p̄ aggregato ex celo ꝛ intellectu mouente.Et q̄r oēs intelligētie specie distinguunt̄:ideo ēt celi sic accepti.Uel est dđm q̄ supra loquebat̄ tm̄ de stellis q̄ sunt in eadē sphera.hic aūt loquit̄ de ipsis celis quoꝝ qđlibet est corpus motuz ꝛ mouet̄ motu distincto a motu alterius:ꝛ hoc pꝫ ex verbis eius que sequunt̄:sic enim dicit impo^le est q̄ vnus motor in numero sit duoꝝ corpoꝝ distinctoꝝ in numero:ꝛ multa alia dicit que declarant hunc fuisse intellectū eius.⁋ Uel est dđm q̄ loquit̄ de celo accipiēdo celū pro toto mundo.quasi dicat q̄ est ipossibile esse duos mundos:vñ postq̄ dixit q̄ nō possunt esse ipsa eiusdē spēi sic ait.Et hec est intentio eius q̄ dictum fuit in p̄mo de celo.s.q̄ si esset alius mundus esset aliud corpus celeste:ꝛ si esset aliud corpus haberet aliū motorez in numero a motore istius corporis,ꝛ sic hoc eēt:tūc motor corporis celestis eēt mālis numeratus p̄ numerationē corporuz celestium.⁋ Quicquid tamen senserit Cōmētator argumenta cōtra.S.Tho.non cōcludunt.

Ad primū enim dr̄ q̄ nunq̄ ꝯcludit̄ idētitas specifica ꝑm spēm spālissimā:de qua tm̄ est mentio in hac q̄ōne p̄ idētitatē accidētis aut passionis cōsequētis nām genericā.Oia aūt astra ꝛ celi sunt eiusdē generis siue spēi subalterne:figura ꝟo spherica cōsequit̄ nō tm̄ vnā spēm spālissimā:sed genus corporis simplicis:vñ oia corpora simplicia siue sint celum siue elementa sunt spherica.Et ideo ex idētitate figure spherice nō plus concludit̄ idētitas spherica inter celos q̄ inter celuz:ꝛ ignez.⁋ Ad 2^m negat̄ maior:alioquin aer ꝛ ignis essent eiusdez spēi:cum habeant eundē motum.s.motuz sursuz.Lꝫ enim ex tribus generibus motuū.s.sursum deorsum ꝛ circularē

Probatur corpa celestia specie differre.

T.cō.11.

Apparēs ꝯdictio dictio[illegible]

Ad h[illegible] arg^m [illegible] p̄ opi[illegible] Auerr[illegible]

cõcludaꝛ̃ distinctio specifica corpoꝝ.qbus ista cõueniũt
nõ tñ ex idẽtitate vnius istoꝝ cõcludiꝛ̃ idẽtitas nisi forte
Ad tertiũ idẽtitas generis subalterni. ¶ Ad 3^m p̃mo põt negari añs:
qꝛ si stella esset eiusdẽ spẽi cũ suo orbe.sequiꝛ̃ ꝙ oẽs stelle
fixe essent eiusdẽ speciei:cuius oppositũ pꝫ ex eaꝝ effecti
bus ꝯtrarijs.Et ad ꝓbationẽ dĩ ꝙ lꝫ distinguantꝛ̃ per rari
tatẽ ꝛ densitatẽ:nõ tamẽ distinguuntꝛ̃ tm̃ in hoc:sed ẽt in
alijs. ¶ Ad cõfirmationẽ negaꝛ̃ cõsequẽtia:qꝛ celũ nõ iõ
Ad q̃rtũ diciꝛ̃ simplex:qꝛ sit corpus homogeneũ.sicut elñta:sed qꝛ
nõ est resolubile in alia corpora.Põt ẽt negari ꝯñtia.Ad
ꝓbationẽ dĩ ꝙ lꝫ vnũ celũ plus ꝯueniat cũ alio celo i ali
quo accidente cõi:puta in diaphaneitate vel huiꝰ:plus tñ
Tertiarõ. cõuenit cũ sua stella quãtũ ad nãm:ꝛ quãtũ ad accidentia
ꝓpria. ¶ Ad 4^m diciꝛ̃ ꝙ phs nõ intendit ꝓbare ꝙ sint
tãtũ.5.corpora simplicia distincta ƀm spẽm:sed eius intẽ
tio est ꝓbare ꝙ preter quatuor elñta daꝛ̃ aliud corpꝰ sim
plex nõ cõpositũ ex eis: vtrũ ꝟo in hoc corpore sint plu
Arti.scðo res partes diuersarũ rõnũ ipse ibi nõ disputat. ¶ Quãtũ
ad 2^m dico p̃mo ꝙ stat aliqua esse diuersaꝝ spẽꝝ:ꝛ tñ ha
bere mãm eiusdẽ rõnis: vt pꝫ de mã ignis ꝛ aque. Et silr
stat aliqua esse distincta specie:ꝛ cũ hoc habere etiaꝫ mãs
diuersarũ rationũ:vt pꝫ de sole ꝛ hoie.homo eniꝫ ꝛ sol dif
ferunt specie ꝛ gñe.ꝛ silr eoꝝ materie nõ sũt vnius rõnis.
¶ Dico scðo corpa celestia nõ sunt adinuicẽ trãsmutabi
lia/cuius rõ est:qꝛ ipoƀe est mãm transmutari ad formaꝫ
nisi careat ea:ꝛ tñ sit apta nata eaꝫ recipere:carentia auteꝫ
forme cũ aptitudie ad eã.nõ põt esse nisi vbi est priuatio.
Unde ha bent mãe ꝙ sint di uerse ra tionis ꝛ ꝙ sint eiusdẽ Et qꝛ mã celi nõ est cõiũcta p̃uationi:ideo celi nõ possunt
transmutari adinuicẽ.Et ꝓpter hoc dicunt aliq mãꝫ oiuꝫ
corporũ celestiũ esse vnius rõnis:lꝫ nõ sit in eis transmu
tatio:qꝛ hec negatio transmutationis nõ est ibi ꝓpter defe
ctuꝫ vnitatis rõnis mãe:sed ꝓpter defectũ p̃uationis. Et
qꝛ iste modus dicẽdi verus est.Ad maiorẽ eius notitiam
dico ꝙ formalis rõ mãe:vt pꝫ ex precedenti q̃one:sumiꝛ̃
a forma inq̃ꝫtũ mã ex hoc ꝙ est pura potẽtia actuaꝛ̃ per
formã.Uñ sicut a forma absolute ꝯsiderata vt est actuãs
mãm sumiꝛ̃ vna cõis rõ materie:ita ex diuerso mõ actuã
di mãm diuersificaꝛ̃ illa ratio cõmunis.Nõ possunt autẽ
variari rõnes mãe ex formis inq̃ꝫtũ sunt iste vel ille forꝰ:
aliogn mã asini ꝛ mã ligni essent diuersarũ rõnũ:sed for
me oẽs que cõueniunt in vno mõ actuandi mãm dant ei
vnã rõnẽ.que qdẽ ratio nõ est distinguibilis in plures ra
tiones:qꝛ ille forme rõne modi actuandi habẽt quodam
mõ rõnẽ vnius forme.Et qꝛ oẽs forme corpoꝝ celestium
vno mõ perficiunt suas mãs.s.totalr̃ replendo eaꝝ capa
citates ꝛ nõ relinquẽdo in eis p̃uationẽ ꝛ aptitudinem ꝛ
aliã formã:ideo oẽs forme corpoꝝ celestiuꝫ dant mãe ce
li tm̃ vnã rõnẽ:nec ibi est aliqd ꝑ qð possint ille mãe plu
Ad rõnes ꝑncipales rificari. ¶ Et ex hoc rñdeꝛ̃ ad arg^m in oppositũ:ꝙ maior
est falsa:qꝛ distinctio formalis inter materias nõ sumitur
ex negatione potentialitatis sed ex diuerso mõ generali
actuandi mãm:sicut dictũ fuit:sicut ẽt vnitas rõnis speci
fice ƀm speciẽ specialissimã accipiꝛ̃ in potẽtia visiua non
ex speciali mõ imutandi ab albedine vel a nigredine:sed
ex cõmuni mõ imutandi a colore:ꝛ hic modus sumendi
vnitatẽ specificã est cõis oibꝰ potẽtijs passiuis.

¶ Textus cõmenti.12.

¶ Tres ꝟo sunt cause ꝛ tria principia.

Intentio phi. ¶ In hoc textu dicit ꝙ nõ tm̃ mã est p̃n^m substãtie sensibi
lis.sed ẽt forma:ꝛ ꝙ lꝫ ita sit:tñ forma ꝛ mã que sic sũt p̃n
cipia nõ generanꝛ̃.Qꝛ aũt forma sit p̃n^m ꝓbat ꝑ hoc:quia
ois transmutatio est inter terminos ꝯ̃rios:quoꝝ alterũ est
species siue forma ꝛ alterũ est p̃uatio.ergo forma est p̃n^m
cuiuslibet transmutationis substantialis.Qꝛ aũt mã ꝛ for
ma nõ generenꝛ̃ probat sic.In oi transmutatione opꝫ esse
subiectũ ꝛ terminũ formalẽ qui acquiriꝛ̃.ergo si mã ꝛ for
ma generanꝛ̃:generationis mãe erit aliud subiectũ:ꝛ con
sequenter mã nõ erit p̃^m subiectũ.Similr si forma genera
tur opꝫ p̃ter formã genitã ponere in ea aliã formam que
sit terminus formalis illius generationis.Et tunc queriꝛ̃
de ista alia forma vtruꝫ genereꝛ̃:ꝛ si sic.ergo eius est alia
forma:ꝛ sic in infinitũ ꝓcedeꝛ̃ in materijs ꝛ in formis.Cõ Cõmen. ꝛ S.D. hic ꝯcorditer exponunt
mentator.ꝛ.S.Tho.vniformiter exponunt hunc textuꝫ ꝛ
dicunt ꝙ phs loqꝛ̃ tm̃ de mã p̃ma:nã ꝓxima mã alicuius
rei põt generari:puta aqua que est mã liquefactibilium.

¶ Utrum intelligentia vniaꝛ̃ celo vt forma. Qõ. XI.

Queritur 11^o.Utrũ intelligentia vniaꝛ̃ Cap.2.d. 9.ꝛ.10.q. vnica.
celo vt forma.Et videꝛ̃ ꝙ sic.
¶ Primo.Nullũ purũ corpus est cã p̃ncipa Prima rõ
lis corporis animati:cũ nulla cã p̃ncipalis sit
ignobilior effectu:omne aũt inaiatũ est igno
bilius aiato.Sed celũ est causa p̃ncipalis plantarũ ꝛ mul
torũ aialiũ saltẽ eoꝝ que generanꝛ̃ ꝑ putrefactionẽ:vt di
cit Cõmẽtator.12.metaphysi.cõmẽ.6.ergo necessario est
in eo aliqua aia:ista aũt nõ põt esse alia nisi intelligentia.
ergo ꝛc̃. ¶ Diceꝛ̃ forte ꝙ celũ causat aiata mediãte intel
ligentia que nõ vniꝛ̃ ei vt forma sed vt motor. ¶ Sꝫ con
tra.Motor nihil facit ad actionẽ que ꝓuenit ex mobili:
nisi qꝛ applicat actiua passiuis.ergo si intelligentia est tm̃
motor celi nihil facit effectiue ad effectus eius. ¶ Scðo. Scða rõ.
Aut celũ est indifferens ad motũ circularẽ:aut nãliter ad
ipsuꝫ inclinaꝛ̃.Si est indifferens:ergo ille motus non est
nãlis.Patet cõsequentia:qꝛ motus nãlis est determinate
ad vnũ vt dĩ scðo physicoꝝ.Si ꝟo nãliter inclinaꝛ̃ ad il T.cõ.3.
lum:aut ista inclinatio est a figura spherica:aut a corpo
reitate:aut ab intelligentia.Non a figura spherica qꝛ figu
ra spherica est ꝑꝑ motũ.ꝛ nõ ecõtra.nõ a corporeitate:qꝛ
motus circularis est ꝓprius aie.ergo est tm̃ ab intelligen
tia. ¶ Cõfirmaꝛ̃:qꝛ in celo sunt virtutes que nõ p̃ñt redu
ci in corporeitateꝫ:nã oriens hꝫ specialẽ virtutẽ.vñ hꝫ de
xtrũ ꝛ occidẽs sinistruꝫ.Et planete habent aliam ꝛ aliam
virtutem ƀm ꝙ sunt in alia ꝛ alia domo.ergo iste virtutes
sunt ab intelligentia dante esse celo. ¶ Tertio. Si intel Tertia rõ
ligentia non est forma celi.sequitur ꝙ in celo non sit prin
cipiũ nãle motus ipsius.Sꝫ hoc est falsuꝫ.aliogn ille mo
tus nõ esset nãlis.ergo ꝛc̃.ꝯñtia ꝓbata est precedenti rõ
ne.Minor ꝓbaꝛ̃.Corpus in quo nõ est nãle p̃ncipiũ mo
tus est corpus mathematicũ ꝛ nõ physicuꝫ:vt pꝫ ex rõne
corporis physici.Sed celũ est corpus physicũ vt dĩ p̃mo
celi.ergo ꝛc̃. ¶ Quarto.Forma dans alicui corpi ꝙ sit in Quid Auerrois senserit
telligens ƀꝫ se totũ ꝛ ƀm oẽs partes eius:vnitur ei ƀm eẽ.
Sed intelligentia dat oia p̃dicta corpi celesti.ergo.maior
pꝫ.Minor ꝓbaꝛ̃:qꝛ Cõmentator scðo celi.cõmẽto 3^o ꝛ in
libro de suba orbis dicit ꝙ hõ nõ est itelligẽs ƀm se totũ:
sed itelligere eius viget in determinata ꝑte corpis nõ for
maliter.sed obiectiue:forma ꝟo corpis celestis.eo ꝙ vni
tur sibi nõ mediãte ꝑte aliqua:dat corpori celesti ꝙ sit in
telligens vniuersaliter ƀm totum.

Respondeo. Circa hanc questioneꝫ duo sunt de
claranda.Primo videnduꝫ est que
fuerit opinio Cõmentatoris:qm̃ ipse in ista mã multum
elaborauit.Scðo declarabitur que sit opinio cõmunis ꝛ
rei veritas. ¶ Quantum ad p̃mum sciendum est ꝙ opi
nio Auerrois fuit ꝙ cuꝫ motus circularis cõueniat celo:ꝛ
ille motus sit proprius anime.opꝫ aliquaꝫ substantiaꝫ vi Notãduꝫ
uentẽ.s.intelligentiam esse formã celi:rõne cuius ꝛ motus
ꝛ figura spherica ꝛ alia hꝰ accidentia celo conueniant.Et
addit ꝙ hꝰ forma non dat celo primas perfectiones:sed
tm̃ secundas. ¶ Ad cuius notitiam est sciendꝫ ꝙ forme

materiales dupl'r se habent ad sua susceptiua. ¶ Primo quidē qz cū subiectū earū.s.materia pma sit pura potētia: ꝛ ex potentia ꝛ actu fiat per se vnū vt ꝓbatū fuit in.8.opꝫ ex mā ꝛ forma nāli fieri vnū per se. Et qz dimēsiones ƀm Auerroim sunt coeterne mãe: cū q̃tū nō possit recipi nisi in quāto: ꝛ extensuz in extenso: ideo ois forma nālis recipit in mā mediātibus dimensionibus. Facere igit vnuz per se cū suo susceptiuo: ꝛ recipi mediātibus dimēsionibꝰ est ꝓpriuz forme nālis. Et in his duobꝰ differunt forme nāles a forma celi: qz forma celi.s.itelligētia nō facit vnū per se cū corpore celesti: cū corpus celeste sit ens in actu: ꝛ qz esse in actu est pma ꝑfectio: ideo nō dat ei pmam perfectionē. Nec recipit in eo mediantibꝰ dimēsionibꝰ: qm̄ ois forma recepta mediantibus dimensionibus est forma diuisibilis. ¶ Scdo ita se hñt forᵉ nāles ad suas materias: ꝙ sunt cause distincte magnitudinis ꝛ quātitatis in eis: vt dicit Cōmētator pmo celi.cōmēto.75.sunt et̄ cause ꝓpriꝫ motus corporis nālis: vt dicit pmo celi.cō.19.ꝛ.84. Sūt etiā alique forme cause distincte figure: vt pꝫ in viuentibus.sicut dicit Cōmētator ibidē.cōmen.61.ꝛ pmo de aia.cōmēto.53. Et iste appellant ꝑfectiones scde. ꝛ eas hꝫ corpus celeste ab intelligētia. Est enim determinate quātitatis: ꝛ figure spherice: ꝛ hꝫ motū ab itelligentia. Ex quo pꝫ ꝙ intelligentia partiꝫ cōuenit cuꝫ formis nālibus: ꝛ partim differt ab eis. Cōcludit itaqꝫ ista opinio ꝙ intelligentia est forma celi dans ꝑfectiones scdas ꝛ nō pmas.

Opinio cōmunis. Locus rñ sua q̃stio. **Quantum** ad zᵐ pncipale. Sciendū est ꝙ cōmunis opinio ꝛ veritas nō solū theologie. sed et̄ phie est vt intelligētia nullo mō cōpareť ad celum vt forma eius: lꝫ cōpareť ad ipsuꝫ vt motor: est tñ intelligentia in se quedā forma subsistēs: ꝛ nō forma informās. Et ideo celū nō hꝫ intelligentiā que sibi vniať vt forma: sed hꝫ suā ꝓpriā formā substantialē: que cū mā facit vnū per se. Et ꝙ predicta positio sit falsa ꝓbať. ¶ Prio. Aut

Impugᵒ opinionis Auerrois intelligentia que dat per te scdas perfectiones dat eas tñ effectiue: aut et̄ formal'r. Si dicis ꝙ effectiue tñ. nō cōcludis ꝓpositū tuū: qz ex hoc ꝙ est dare tales ꝑfectiones effectiue nō pōt cōcludi ꝙ dans sit forma illius cui dat: alioqn ignis calefaciēs manū esset forma manus. Si dicis ꝙ formaliter. habeo intētū: qz ipossibile est effectū formalē separari a forᵃ: sicut ipossibile est ꝙ in aliquo sit albedo. ꝛ ꝙ nō det ei esse albū. Sed esse est pmus effectus forme. ğ ipoſᵉ est formā esse in aliquo ꝛ nō dare ei tale esse quale ipsa habet: puta si sit anime dare esse animatum: si sit substātie dare esse substātiale. si accidētis accidētale. ğ intelligentia nō pōt esse forma celi nisi det ei pmā ꝑfectionem: que est esse.

Scda rō ꝯ Cōmē. ¶ Scdo. Quicqd dat formal'r esse sphericuꝫ ꝛ alias perfectiones secūdas que sunt accidētia / est necio forma accidentalis: qz ipossibile est ꝙ aliqd sit formal'r tale per formā alterius generis. puta formal'r albū per quātitatē ꝛ formaliter quātū per subam. Sed intelligentia nō est forma accidentalis. ğ celum nō hꝫ formal'r ab ea ꝙ sit sphericū. aut aliquā aliā perfectionē secundā.

Tertia rō ¶ Tertio. Quicqd est forma alterius: aut facit cuꝫ eo vnum ꝑ se: aut

T.cō.13. vnum per accidēs. vt dı̄ 5ᵒ metaphysice. ergo si intelligentia est forma celi. opꝫ ꝙ aggregatū ex celo ꝛ intelligentia sit q̃dā vnū: ꝛ cū per te nō sint vnū per se: fit ex eis vnuꝫ per accidēs. sicut homo ꝛ vestimentū eius: ꝛ for. ꝛ albedo.

Quarta ratio. ¶ Quarto. Ubi est ordo essentialis inter aliquos actus: opꝫ ꝙ actus posterior presupponat priorē ꝛ sit ab eo: ista ꝓpositio pꝫ in numeris ꝛ in figuris ꝛ in oibus formis habentibus ordinē essentialē: vt dicit scdo metaphysice. cōmento.4. Sed inter scdas ꝑfectiones ꝛ pmas. siue iter eē accidentale ꝛ esse substātiale est ordo essentialis: cuꝫ accidentale nō possit esse sine essentiali: ꝛ esse accidentale est posterius essentiali. ergo necessario presupponit ipsum ꝛ ab ipso oritur: cū igitur per te celum habeat ex se pᵐ actuꝫ essentialē: sequiť ꝙ etiā habeat ex se perfectiones scdas.

Quinta rō ¶ Quinto. Eiusdē effectus nō possunt esse plures cause formales. ꝓsertim si sint diuersaruꝫ rōnum. Sed accidentia celi.s.figura / quātitas / lux ꝛ alia hꝫ dant ei formal'r esse lucidū: esse sphericū: ꝛ esse quātū. ergo intelligentia nō potest ista formal'r.

